VOSSIUS

In Supplementum *Vulgaris* GRAMMATICES CONTRACTUS.

Ab *EDW. LEEDES* provehendæ Literaturæ in Scholâ BURIENSI Studioso.

Perſium non curo hæc legere, Lælium Decimum volo.

LONDINI,
Typis *Guli. Godbid*, impenſis Autoris.
M. DC. LXV.

Ornatissimo Viro

Radulpho Widdringtono,

S. S. Theologiæ Doctori,

Et in Florentissimâ Academiâ Cantabrigiensi Oratori Publico.

SINAS quæso, *Vir Spectatissime*, ut hoc tenue opusculum, auspiciis *Tuis* inceptum, sub *Tui* nominis tutelâ in medium prodeat: neq; enim *alius* est, *cui* magis debetur aut quod in eo *Meum*, aut quod, si quid est, *Cultiorum Literarum*. *Quantus* & *quàm accumulatus* in *His* es, scit tota *Cantabrigiensis*, scit *Altera* Academia, sciunt *Plures*, quàm quorum interest agnoscere; neq; fas mihi sperare, ut *jubar* illud Tuum ubiq; jam spargens fulgorem suum, *faculâ* hâc meâ præpositâ plùs *lumen* intenderet. Verùm haud æquum, ut quod minùs in *propatulo* est, id ego itidem *prædicare* non laborarem: *Voluntatem* Tuam & *animum* volo, penè dixissem erga --- *Bonos*, nisi de *Me* institutus fuisset sermo, quem orbum patre, destitutum amicis, auxilio, omni re, incultum & rudem Adulescentem, nulli ingenii, consilii, spei, Socratico sinu Tuo suscepisti, atque adeò omni amoris genere ab eo usq; die, quo Tibi notus, imo priusquam notus

fui, profequutus es, omni & confilii & auxilii copiâ locupletatti, ut quicquid id *aliquid* eſt, quod *Meum* appellare poſſum, id non minùs eſſe *Tuum* Tibi meritò vendicares. Niſi nimiò plùs Tibi diſplicerem, recolere potui, cùm primùm *fanaticus furor* in quorundam Hominum pectoribus debacchari cæpit, quàm animum Meum *cereum* tunc temporis, & in quamvis formam ductilem, ab illorum *malefanis gregibus* avertiſti; quàm ad virtutem & bonarum literarum ſtudia, quoties a recto declinaret curſus *regulam* applicans, confirmaſti; quam non ſemel tantùm præ Rei familiaris anguſtiâ quò me verterem neſcienti viam & exitum monſtraſti. Potui etiam in *Alios* (neque enim intra *Me* ſolum ſtetit Tua *prodiga* Humanitas) præclara Tua Merita in apricum proferre, quoties aut piæ mentis *afflicta*, aut bonæ indolis *anguſta fortuna* beneficentiæ Tuæ aliquem commendabat. Verùm enim, quià, quæ *clàm* feciſti, fortaſſe haud adeò Tibi erit acceptum à Me *palam* fieri, & eſſe Eos haud inſcius ſum, quibus id tam *gratum* fuerit, quam quod *ingratiſſimum* quibus Tua *laus* Ipſorum *furca* & *patibulum*; E *Tui* & *Eorum* gratiâ Me reprimo: aliquid tamen intereà Utríſq; optans, *Tibi* ἐυ χαίρειν, *illis* ἐυ πράτ[illegible] hoc eſt, ut *Illi* bene faciant, *Tu* bene valeas.

Tertio Nonas Octobres. *Tibi addictiſſimus*

1664.

Edw. à Leodibus

A

Ad Lectorem.

NE *exspectes ex* hujus libelli titulo, *Læli Decime, ut quicquid in septem illis Præstantissimi Gerardi libris curiosè, & egregiè aut docetur, aut disputatur, hic in panca collatum invenias. Vix est* (*scio*) *in illo integro opere, quod Vir* doctus *se nescire vellet. At vero* non omnia omnibus. *Quæ nos exinde deprompsimus, propinantur* pueris; *atque ea præsertim sunt, quæ per* vulgaris Grammatices defectus *plerique ignorant, haud tamen tantilla, ut, qui in* Re Grammaticâ *vel mediocriter docti esse volunt, ignorare debeant. Nihil adduximus nisi quod ad* Linguæ Romanæ *legitimum usum aut* plane, *aut saltem* aliquo modo *necessarium judicavimus. Si quando aliquid* obsoletum, peregrinum, novum *ex Cascis, Exoticis, declinantis ævi Scriptoribus,* Plauto, Lucretio, Tertulliano, Tacito, Appuleio, *citavimus, id eo animo fecimus, ut inde potiùs discatur mos & usus loquendi cuique* seculo *&* regioni *accommodatus, quàm ut quisquam* alios, *quàm* locupletes, *&* probatissimos *Autores imitaretur. Quamvis tamen*

men aliquando usu veniat, ut, si Hos proletarios *sequi nolumus, non omnino habeamus quos sequamur. Neque enim cogitandum est, ut* omnis Latinus sermo, *quo usa est Julii & Augusti temporibus illa Divina Gens,* omnes formulæ *loquendi,* Universæ *Verborum, Nominumque* Coloniæ, *in* Classicorum *libros commigrarent, ibique, quò innotescerent Posteris,* sedem *sibi* æternam *deligerent. Loquuti sunt illi* pro re nata, *atque ea solummodo, quæ* præsens materia *postulabat. Cætera ex* aliorum *scriptis quærenda, è quibus si* quotidianis facundiæ sumtibus *neque suppetant copiæ, dummodo pace S. P. Q. R. id fiat, nemo vetat, quo minùs* novum *argumentum* novo *vocabulo signemus. Sed proh dolor! Quid ego queror* Latialis eloquentiæ *angustos limites? cum pauci admodum sint, qui vel* prima rudimenta *satis callent, paucioresque qui quicquam* ultra *sapiunt. Accedunt indies* Academiam *Adolescentes* omnis Literaturæ *rudes, & nisi quòd* Docti *aliqui* Indoctorum *gratiâ* Philosophiæ *aliquot* Dogmata *linguâ vernaculâ donâssent, ad* omnia Academica studia *prorsus* inepti: *neque quidem satis scio, utri magis culpandi,* Ludimagistri, *qui* emittunt, *an* Academici *qui* intromittunt *tam* insulsos Disciplinæ candidatos. *Horum enim dum alii ad* Medicinam, *alii ad* Jurisprudentiam, *alii ad* Theologiam *se conferunt, nisi currente rotâ faverit* Titan, *& è* meliore luto *Aliquorum* finxerit præcordia, *brevi fiet, ut nec* Medicos, *nec* Jurisperitos, *nec* Theologos

sine

hæc rubore agnoverimus. Sed missis Athenis *ad* Spartam *nostram, ubi etsi* Vossius *regnet* præcipuus, *non tamen* solus: *in auxilium adjunximus Nostratem* Farnabium, *atque ubi opus erat, addidimus etiam ex* nostra inopia. *Atqui eo ordine omnia, ut quisque in* Regia Grammatica *non omnino peregrinus nihil desideret, quia ad manum habeat. Statueramus quidem quo promptius compareret quod quæritur, ad* Grammatices textum *annexuisse* annotata nostra, *& simul uno libello edidisse; quod etsi, ut nobis visum, jure potuerimus, tamen cùm intelleximus id fieri non potuisse, sine metu aliquo irritandi* crabrones, lucripetarum *Hominum genus, qui* λαξ, ὀδαξ ἐκχεῖς, πανσυδίη *contendent potius quam quicquam* commodi *sui deperire sinent, magis* paci nostræ, *quam* publico usui *consulentes, mutavimus consilium. Cavimus tamen, ne* hæc *alio ab* illo, *aut* volumine, *aut* typis *prodeant, quo facilius, si visum fuerit,* eodem involucro *includerentur. Non nobis est mos, neque debet,* inania *jactare: Nonnihil autem speramus* admodum pauca *esse in* Veterum libris, *quæ studiosæ juventuti inter legendum solent gradum sistere quin* hinc, *si probè attendatur, tantum luminis accipiant, ut quicunque hæsitabit, quomodo pedem expedire queat, facile videat. Quod si aliquando dormitamus, aurem* cuivis Apollini *vellicandam præbemus: neque enim fas est, ut* supinam inertiam, *quam in* aliis *odimus, in* nobis ipsis *amemus. Quæ infrà annotantur* errata, *nonnulla* Typographi *fuerunt,*

fuerunt, nonnulla (quid enim verum non fateri? Mea. *Si plura occurrunt, non rogo ut parcas: libe*
rè mone, non alio animo corrigam, quam si ipse mi
fuissem Monitor. Hæc autem ad Te, Læli De
cime, *qui ubique audis &* Vir bonus, *& non illite*
ratus. *Cæterùm si hæ lucubrationes nostræ in eorum*
manus pervenerint, qui carpunt omnia, & cum
parùm intelligant, legunt *tantùm ut* negligant
Velim sciant, Se *non minoris facere nostram operam*
quàm Nos *eorum judicium. Vale.*

Dat. 6. Kalendas Decembres.
1664.

Tuus,

Edw. Ledys.

De GRAMMATICA.

De GRAMMATICA. [pag. 1.]

Grammatica,

VOX ducta ἀπὸ τῶν γραμμάτων, inde à multis *literatura* vocatur.

De ORTHOGRAPHIA. [lb.]

Ut lectio *non* lexio——

Rectus scribendi modus cognoscitur, & comprobatur vel *ratione*, vel *Autoritate*. *Ratio* petitur tum à *distinctione*, (ut quando scribimus *habeo* cum *h*, quia aliter nihil differret ab *abeo*) tum ab *Origine*, ut *prudentia* scribimus potiùs cum *t*, quàm *c*, quia est à *prudenti*; *Autoritas* verò petitur vel *asseverationè Scriptorum antiquorum*, vel à *modo scribendi*, qui reperitur in antiquis codd. et inscriptionibus. Sed attendendum est utrùm in se conveniunt *monumenta vetera*, &, si *diversimode* aliquid in iis exaretur, quid ibi *frequentiùs* legatur; nec admodum refert, an *Origo* vocabuli aliud suadere videatur: Nam sæpe *Origo* est incerta, et derivata multa longiùs abeunt à fonte suo. Sin is fuerit dissensus, ut quid veteres maximè probârint jure ambigi possit, sequendum erit, quod ab *origine* propius recesserit. Ut pertiora hæc fiant, pluscula adferam exempla, è quibus facilius erit de cæteris statuere.

Origine

Aërius, et *Ætherius* per (I) probat Aldus, et favet Græcorum mos, qui scribunt ἀήριος, et αἰθέριος, nec non & aliquot vett. codd. Sed nec per *E* damnandum, cùm hæc scribendi ratio subnixa sit tum aliis libris itidem antiquis, tum analogiâ: quando per *E* Latini scribunt *igneus*, *flammeus*, *melleus*.

Anachoritas per (*I*) vulgò scribitur, sed origo pro *I* exigit *E*, quippe non est ab ἀνα χωρίζω transitivo, sed ab ἀναχωρέω, unde ἀναχωρητὰ quoque apud Justinianum. Nov. Const. 5. §.

Arabs, *trabs*, *urbs*, quia sic inter doctissimos obtinuit, per *B* scribimus, etsi sonus exigit *P*; idem enim est qui in Græco Ἄραψ, nec obstat, quod in casu interrogandi dicamus *Arabis*, nam idem usu venit in Græco Ἄραβος.

Arcesso pro *voco*, non *Accerso*, scilicet ab antiquo *arcio*, quod ex *cio*. & antiquo *ar* pro *ad*, teste *Prisciano*.

Artus est in vett. libb. non *arctus*, ut vulgò scribitur cum *c* discriminis causâ.

Baca, non *Bacca*, est in quibusque melioris notæ codicibus.

Benivolus et vett. libb. probant, et ratio, cùm in compositione *e* in (*i*) mutetur, Beda de Orthog. *Benivolus*, & *Malivolus*. & *Malificus*, *ficut à pace Pacificus*.

Blatero, non *Blactero*, nam primam corripit Horatius.

Bracchium duplici *C* in vett. codd. atq; id præfert Aldus, In aliis tamen *Brachium* reperimus, et Græcè est βραχίων.

Bucina, non *Buccina*, scribendum esse ex Isidoro liquet, et probat hoc Aldus Nepos è vett. libb. et marmoribus. Delrius è cunctis Senecæ MSS. et Vossius è variis codd.

Cæstus multi confundunt *cum Cestus*, sed perperam, cum *Cestus* sit *Baltheus Veneris* ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, *cæstus* verò *arma pugilum*, et à *cædendo* nominetur.

Cætera requirit origo, cum sit ex καὶ ἕτερα, sed *cetera* merâ vocali probant vetteres libri.

Carthaginensis in prosâ dicendum, ut ἀναλογία evincit: decepit aliter scribentes Ennii authoritas, qui metri causâ dixit *Carthaginiensis*.

Cassiope

Cassiopea malumus, quam *Cassiepea*, quod jubet Scaliger, suasus nimirum unico Codice Gemblacensi, et Græcâ scriptione Καασσίπεια: verùm uni codici multò plures opponere licet, atq; *e* et *o* facile commutantur; licèt enim sit Græcè πτολεμαῖος, tamen in optimis codd. reperias *Ptolomæus*, è cont. Βερονίκη sit *Berenice*.

Caussa cum ſ. ita vett. codd. et consentit Etymologia; ita enim dicitur, quasi *cavissa*, à cavendo.

Cecidi, non *Cæcidi*, nam *æ* in *i*; *e* verò primæ syllabæ est ab augmento, ut in *fefelli*, *pepedi*, &c.

Cera, non *Cæra*; partim quia Græcè est κηρός, partim quia sic est in vett. codd.

Cœpi pro ἄρχομαι, non *cepi*. Nam *cœpi* est ab antiquo *cœpio*: à *capio* verò *cepi* dicimus, vel *cœpi* per *æ*; malumus tamen per *e* scribi, ut à *capio* sit *cepi*, veluti à *facio*, *feci*.

Convicium per *C. probum*: *improbum convitium* per *T.* sive sit à *vicis*, sive, quod magis probandum sit, quasi *convocium* dicatur.

Culcita scribendum, non, ut vulgò, *Culcitra*.

Egloga, non *Ægloga*, ut est in multis libris, quasi ἀπὸ τῆς αἰγῶν, cùm sit *egloge* ἀπὸ τῆς ἐκλέγειν. *Effatus*, non *ecfatus*, scribere jubet Terentius Scaurus; in vett. tamen codd. invenias *ecfodere*, *ecferre*, et similia.

Emtus scribendum est, non *emptus*, quia est ab *emi*; sic à *sumo*, *sumsi*, *sumtum*, et *sumtus* absq; *P*.

Ephœbeum, et *Ephæbeum* sunt apud Autores; sed rectum est *Ephebeum*, vel *Ephebium*, nam Græcè est, Ἐφηβεῖον vel Ἐφήβιον.

Epistula, & *Adulescens*, rectè scribuntur per *u*; nam et in his, & aliis omnibus, non tam opus spectare *originem*, quam antiquorum *consuetudinem*.

Ethica malumus, quia Græcè est ἠθική; multi tamen libri *æthica*, quod ideirco Camerarius præfert, nempe ut *Scena* est à σκηνή.

Exilio, *Exsulo*, *Exsto*, *Exsurgo*, cum *S.* malumus. Priscianus, Camerarius, &c. qui contra sentiunt refutantur τριμαλχίᾳ, et librorum non *vetustate* tantùm, sed

bene antiquorum autoritate; nec obstat, quòd *S* continetur in *X*; nihil enim prohibet *S S* concurrere, ut in *ossa*, *jussa*, &c. Et nisi *S* post *X* admittamus, quomodo distinguí possunt *Exoti* à nominat. *exsors*, ab *exorti* à verbo *exorior*; *Expecto* à *pecto*, ab *exspecto* à *specto*, &c.

Fecundus, *Felix*, *Femina*, *fenus*, *fetus*, et horum derivata *mera vocali* fere invenias in antiquis codd. et lapidd.

Holus ob vett. autoritatem malumus, quàm *olus*, et *synhodus*, et *exhodus*, quàm sine *h*.

Inchoo, an *inchoho* scribi debeat, jam olim quæsitum; *Inchoo* requirit origo, at mos veterum est inter duas vocales *aspirationem* interjicere, ut in *abenum*, *mihi*, *vehemens*, *cohors*, à *cooriendo*; at nusquam, ut à Servio discimus, subjecêre *H* literæ *C*, præterquam in tribus hisce, *Sepulchrum*, *Orchus*, *Pulcher*.

Increbesco, et *increbui* dicendum, non *increbresco*, licèt à *nigrum* fit *nigresco*, non enim semper tenet regula quòd verba in *esco* veniant à *neutris*; nam à *Ruber* etiam *rubesco*, non *rubresco*, à *rubrum*.

Internundinium, non *Internundinum*: ut enim *Interlinium* & *Trinoctium*, ita *internundinium*, quòd *novem dies* inter se continuos habeat, non quòd nono die fit, Victorinus.

Letum probant vett. codd. & origo, cum fit à *Leo*.

Lamina, ac *Lamna*, cum *N*. in postremâ, cum sit ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν, hoc est *ductile opus facio*; codd. antiquis, in quibus *Laminia*, & *Lammz* inveniuntur; opponimus alios itidem antiquos, in quibus constanter leges *Lamina*, & *Lamna*.

Loquela, & *querela*; non *loquella* et *querella*; licèt in plerisque codd. vett. ita invenjuntur cum *ll*. Verùm aliter alii, quibus favet ἀναλογία; nam sic dicimus *Tutela*, *Medela*, *suadela*, & à *candeo*, *candela*, &c.

Mihi & *nihil*, absque adjectione *C*, licèt eam lectionem defendit Leonardus Aretinus.

Monumentum per *ll*, non *monimentum*, cum *monumentum* dicatur ut *emolumentum*, *nocumentum*, *documentum*.

Ne scribendum pro *næ*, quanquam Aldus posterius probat, quia Græcis est *ναί*. Sed aliter libri vett.

Nesa

Nefas, non *nephas*, cum sit à *ne*, & *fari*.

Neglego, et *negligo*, διτλογραφόμενον γάρ ἐστι.

Opperior, pro *exspecto* habent vet. libb. non *operior*.

Parcimonia per *C*. non *parsimonia* per *S*. nam prius in vett. libb. invenias, favente analogiâ à *parco*, *parcimonia*, ab *alo alimonia*, à *quæro querimonia*; sed alterum non mordicus dimicandum, cum à *cultum* sit *cultimonia*, ut placet Scaligero, & Tertull. de Pallio, cap. 4.

Patricius, non *patritius*, quia vox deducta est à *Patribus ciendis*; similis error in *Tribunitius*, *fictitius*, *ædilitius*, *novitius*.

Pentecontarchus, non *pentacontarchus*, à πεντήκοντα quinquaginta.

Perlego integrè invenias in melioris notæ libb. magis tamen probandum *pellego*, ut *intellego*, sive *intelligo*.

Pœna per *œ*. non per *æ*. ita enim volunt vett. codd. et ἐτυμολογία, cum sit à ποινή. *Pœnitet* tamen in vett. libb. per *æ* legas, licet sit ab eadem origine.

Pomœrium exigit órigo, cum sit à *pone*, et *Mœrus*; tamen vett. codd. legunt cum simplici vocali *Pomerium*.

Prædium per *æ*. non per œ, cum unicâ tantum literâ differt à *prædium*. Videatur Martialis lib. XI. Epigr. XIX. sed *prædium*, quia antiquè erat *proilium*.

Protenus, et *protinus*; *Quatenus*, et *Quatinus* διτλολογούμενα.

Quatuor, & *quattuor* probat ἐτυμολογία, & vett. lib.

Rœtia per *æ* scribendum censemus. Ῥαιτοὶ enim dicitur is populus; licet non ignoramus etiam octo esse varios modos scribendi apud vett. scilicet *Retia*, *Rhetia*, *Rethia*, *Rœthia*, *Rhœtia*, *Raitia*, *Raetia*, & *Rhaetia*.

Sepes, *sæpio*, et *sæpimentum* vulgò *merâ vocali* in primâ scribunt, sed cum *diphthongo* invenienda sunt in vett. libb.

Sallustius non *Satustius* vet. libb. imò & *Appulejus* cum *pp*, etsi aliter libri; nempe sufficit, quod contra in Iapp semper. *Lucilius* verò, non *Lucillius*, quia sic omnes codd. antiqui, et ἀναλογία favet; nam ita *Servilius*.

Scena, an *Scæna* ſcribas, parùm refert: Origo requirit *Scena*, quod Græcè eſt σκηνή. Sed Iapp. vett. et codd. oprimi et antiquiſſimi legunt cum *æ*, quibus etiam accedit Varronis autoritas, qui lib. VI. de L. L. *ſcæna* & *ſcæptrum* ſcribit, etſi Actium *ſcena*, ãlios etiam *ſceptrum* Græco more ſcribere agnoſcat.

Sexcunx, et *Seſcunx* male confundunt. Vid. Bud. de Aſſe, pag. 1.

Sidus per *I* cum vett. libb. non *ſydus* per *y*. cum vulgo ſcribendum, cum Υ in Græcis tantum adhibeamus, *ſidus* autem vox pura Latina eſt (ut cenſet Varro) ab *inſidendo*.

Silva per *I*, non *Y*, etſi ſit ab ὕλη, non à *ſilentio*; ſimiliterq; *Silvanus*, *Silvius*, *Silvia*, quæ non modo vett. codd. probant, ſed & Græci ſcriptores, apud eos enim reperias Σιλουανὸς, Σίλιος, & Σιλβία.

Similimus unico *L* ſcribere quidam è junioribus jubent, ſed hos refellit antiquorum codicum autoritas, & aliarum vocum analogia, cujuſmodi ſunt *humillimus*, *imbecillimus*, *Facillimus*.

Sollemn, non *ſolenne*, quaſi ſit à *ſolus*, & *annus*, nam *ſollemne* cùm vett. codd. approbant, cùm ἐτυμολογία, quia eſt ab Oſco *ſollus* (i. e. *totus*) unde & *ſollers*, quaſi *tota ars*; *mne* autem in *ſollemne* eſt vocis productio.

Solliſtimum, non *ſoliſtimum*, vett. libb.

Spelæum, per *æ*, requirit origo, cum ſit σπήλαιον Græcè: in vett. tamen codd. eſt *ſpeleum*.

Suboles, non *ſoboles*, id enim volunt vett. codd. nec reclamat origo, cum ſit à *ſubolescendo*.

Sulfur, non *Sulphur*, cum in Latinis φ non habeat locum, ſed *F*.

Subficiva, non *ſucciſiva*, habent optimi libri, et *ante Tabulæ*, in Opere Inſcriptionum Gruterianarum, pag. 181. nempe non à *ſuccidendo*, ſed *ſubſecando*.

Tæter, non *teter*, juxta libb. vett. ſcribendum.

Tofus, non *Topbus*, nam *ph* ſolùm utimur in iis, quæ à Græcis accepimus.

Tri-

Tropæum, non *Trophæum* probant vet. Lapidd. & libri, & analogia requirit, cùm Græcè sit τροπαῖον sive τρόπαιον. Sic *bosporus*, non *bosphorus*, cum sit à πόρος.

Vinea, & *Tinea*, multitudo bonorum codd. probat, licèt alicubi reperias *Tinia*, & *Vinta* per *I*.

De LITERIS.

Vocales a. e. i. o. u.

QUarum aliquot viciniores sibi invicem videntur habuisse sonos apud vett. quam nunc habent, viz.

A, & *E*.

A *facio* enim est *feci*; *mecastor*, *mehercule*, &c. à μὰ voce jurantis; & *Dicam* fut. priùs fuit *Dicem*, & *faciam faciem*; ita enim ait Scaliger Catonem & scripsisse, & pronunciâsse.

A, & *O*.

Nam quod nunc *Fovii*, prius fuit *Favii*.

E, & *I*.

Indifferenter enim reperias *Here*, & *Heri*; *Mane*, & *Mani*; *Vespere*, & *Vesperi*; per *E*. etiam extulerunt *Menerva*, *Leber*, *Magester*; *me* pro *mi*, ceu *mihi*; *Ameci* pro *Amici*: *Sibe*, & *Quase*, pro *sibi* & *quasi*; & contra *Dijove*, *Vijove*, pro *Dejove*, & *Vejove*; *Ædis* pro *Ædes*.

E, & *O*.

Pro *Bonus* dixerunt *Benus*; pro *Homo Hemo*; pro *Olus Helus*; et pro *Olera Heleſa*, & contra pro *Vertex* et *Versus*, *Vortex* et *Vorsus*; pro *Animadverti animadvorti*; pro *Amplecti amplocti*; pro *Vetare votare*, unde Plautus Asin. act. 4. sc. 1. *Votita* pro *Vetita*.

E, & *V*.

Quæ nunc enim scribuntur per *E*, *Dicendum*, *faciendum*,

&c. scripsere veteres per *u*, *dicundum*, *faciundum*, *reperiundum*, &c.

I, & *u*.

Unde in scriptis eorum pro *Optimus*, *Maximus*, &c. occurrunt *Optumus*, *Maxumus*, *Lacrumæ*, *Intumus*, *Pulcherumus*, *Lubido*, *Monumentum*, *stupa*, &c. Et contra pro *sumus*, *simus*; pro *plurima*, *plisima*. Var è etiam scripitantur *Mancupium*, *Aucupium*, *Manubium*, alibi per *i*, alibi per *u*.

O, & *u*.

Has etenim Voca'es sibi invicem permutari ostendunt in vett. Codd. *Hecoba*, *Notrix*, *Culchides*, *Pulyxena*, *Dederont*, *Probaveront*, *Quatenos*, *Consol*, *Funtes*, *Frundes*, *hupus Domos*, & *meæ domos*, *Huc* pro *hoc*, *Præstu* pro *præstò*, *præstulor* pro *præstolor*, *poplicus* pro *publicus*, *colpa* pro *culpa*, *humo* pro *homo*, *Fretu* pro *freto*, *Acheruntе* pro *Acheronte*, *avom* pro *avum*.

Vicinos etiam sonos habuerunt olim vocales aliquot cum diphthongis; apud antiquos enim est *Loucetius*, *Nountios*, *Loumen*, *Joure*, *Jousstitia*, *Ousens*, quæ nunc per *u* scribuntur; & *E I* pro *I* longo sæpissimè, ut capteivi pro captivi, et aliquando etiam pro *I* brevi, vel ancipiti; ut *Quaseі*, *Sibei*, *Seive*, *ubei*.

* Nota quando *I* est loco *Ei*, vel *ij*; vel est suâ naturâ longa, scribitur fere cum longiusculo charactere; ut in *Manibus* pro *Manibus*.

Et pro longis vocalibus duplices aliquando posuerunt vett. Videas enim *Feelix* in aureo nomismate, & *Virrtus* in æreo Galbæ nummo; atq; ita semper proferebant longas, quasi duplices essent; *venit* præt. quasi *veenit*, ut distingueretur à presente *venit*; *viro* à *virus* quasi *viiro*, aliter autem *viro* à *vir*, quia brevis est.

Diphthongi quinq; æ. au. œ. ei. eu.

Quibus accensentur tres aliæ, *Ai*; ut *Aiax*, *Maia*, *ai*, *ai*,

ai, apud Ovid. Met. X. *OI*; ut *hoi, quoi, Troia*; *UI*; ut *Harpuia, Illithuia*, &c. quanquam hæc, similiáq; simplici quoque *Y* scripta inveniantur; sonus idem est cum priore syllaba in Græco *υἱος*.

Quam vicinæ potestatis sibi invicem, & cum aliis vocalibus fuerunt hæ diphthongi, & quam vitiosè hodie à nobis proferuntur, vel illud argumentum est, quod olim

Æ accedebat ad *AI*.

Unde quod priùs *Terrai*, *frugiferai*, post fuit *Terræ*, *frugiferæ*; facile enim *I* in *E* ob sonum affinem mutatur, ut notavimus ad vocales.

AU declinabat ad *O*.

Unde *Caurus Corus*, *Cauda Coda*, *Auricula Oricula*, apud Catullum. Festus; *Aulas antiqui dicebant, quod nos dicimus ollas; Auſcular dicebant pro Oſculari; Auxilla, Olla parvula*, Priscianus lib. 1. *AU* transit in *O* productum; *ut lotus pro lautus, ploſtrum pro plauſtrum*, &c.

EI cognatum erat *I* longo.

Unde *Capteivi*, qui postea *Captivi*, & promiscuè scribebant *omnis & omneis, tris & treis*; & *is, it, itur*, primò integrè dixêre *eis, eit, eitur*; quorum Vocales *e i* coalescebant primum in diphthongum *EI*; postea vero in meram Vocalem macrescebant.

OE mediam naturam obtinuit inter Græc. *OI* &

Latin. *U*.

De *OI*, liquet in eo, quòd pro *ποινὴ* Latini dicunt *pœna*; pro *φοῖνιξ*, *phœnix*: sed Latini, quia similem sonum habent *O* & *U*, pro *OE* postea *U*, spissum usurparunt; itaque *pœna* est *punire*, & *impunè*, à *Pœnus Punicus*; & quod priùs *mœrus*, & *mœnire*, id postea *murus*, & *munire*. Nihil igitur mirandum, si in vett. inscriptionibus pro eodem legas *Oiti*, *Oeti*, & *Uti*; *Loidus*, & *Ludus*; *Coira* & *Cura*; *Pœnire* & *punire*, similiáque.

Atque

Atque hæc quidem dipthongi *Oi* mutatio in *u*, tùm tantummodo invenit locum, cum in eâ magis *O* quàm *I* audiretur: quando verò vix audito *O*, *I* solum aures ferieba (ut in *proinde* dissyllabo accidit, cujus prior syllaba pro ferenda, non ut anterior in Troia; sed quasi scriberetur *prinde*) tum abibant hæ dipthongi in subjunctivam *I*.

Sic obsoletum *Loeber*, vel *loiber* fiebat pro *liber*: & *Lœbesum*, & *Lœbertatem* pro *Liberum*, & *Libertatem*: Ita Græci λοιβή, & λείβω. Nec in oraculo Delphico* "Ηξει δαείας πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἀμ' αὐτῷ, λοιμὸς ἀ λιμὸς distingui facili potuit.

*Thucid. lib. 1.

Reliquæ literæ Consonantes appellantur.

Atq; hæ etiam apud veteres inter se mutuò commutantur.

B, cum *P*, & *V*.

Nupsi enim, & *scripsi* sunt à *Nubo* & *scribo*, & *Arabs* est à Græc. Ἄραψ; & in vetustis lapidibus & libris scribuntur *Acerbus*, & *Acervus*; *Beneficium*, & *Veneficium*; *vobem* & *Bovem*; *Libiana* pro *Liviana*.

C, & *G*.

Nam promiscuè dixerunt *Cneus*, & *Gneus*: *Curculio*, & *Gurgulio*: nec mirum, cùm diu utriúsq; potestatem habuerit Litera *C*, nec *G* inventa fuerit Bello Punico, quod liquet ex Duillianâ columnâ, ubi *C* semper ponitur pro *G*, ut in *Macestratos*, *Lectiones*, *Cartacinenses*, *Pucnando*.

C, & *Q*;

Indicat hoc Jocus Ciceronis ad Coqui filium petentem ab alio suffragium, *Ego quoque tibi favebo*. (apud veteres enim *Coquus*, non per *C*, sed per *Q*, scribebatur) Id etiam confirmat Lucretius lib. 1. dum *cuiret* habet pro *quiret*, & *cua* trisyllabum pro *aqua*: idem [Cistellariæ Act. 2. Sc. 1.] Plautus.

Nonius etiam pro *querela* scripsit *cuerela*, & *cui* pro *quis*, *Relicuus* pro *reliquus*: quare non mirum si *quatio*,

atio, percutio: à *quis* venire *cujus*, & *cui*; nam in
ſto fuit *quis* & *cuis*, item *qui* & *cui*.
Ad hæc *arquus*, & *arcus*; *oquulus* et *oculus*; *cuo* pro *quo*,
ntus pro *quintus*, *ficis* pro *ſiquis*, *liquebit* pro *licebit*
Curtius pro *Curtius*, *ſequlum* pro *ſeculum*, & multa alia

D, & T.

In veteſtis enim operibus urbis, et celebribus templis
gumtur *Alexanter*, & *Caſſantra*, pro *Alexander*, & *Caſ-*
ndra: *At* pro *ad*, *quit* pro *quid*, *ſet* pro *ſed*, *&c.*

R, & S.

Nam veteres Latini dixêre *Valeſii*, *Fuſii*, *Papiſii*, *Auſe-*
i, quæ poſteriores per *R* maluerunt, *Valerii*, *Furii*, *Papi-*
i, *Aurelii*, ſimiliáq; ſunt *vapor*, & *vapos*; *odor*, & *odos*;
quod notavimus ante, *pliſima* pro *plurima*.

S, & X.

Sentix pro *Sentis*, *pulvix*, *milex*, *locuplex*; & cont.
ix, *piſtris*, pro *Ajax*, & *Piſtrix*.

S, & Z.

Pro *Smyrna* enim eſt *Zmyrna*, pro *Lesbia Lezbia*, et *Pa-*
riſſo eſt ex Græc. παρίζω.

Ex quibus quatuor vocantur etiam liquidæ. [pag. 2.]

Ex his vero *M.* & *N.* non niſi in Græcis dictionibus li-
queſcunt, ut *Tecmeſſa Progne*, *Cygnus*. Ad liquidarum etiam
numerum accedat *V* conſonans (ita enim vult Doctiſſimus
Voſſius) antecedente *Q*, nam id niſi eſſet, prior in *aquâ*
& equus poſitione produceretur.

De litera S. ibidem.

quæ interdum etiam liqueſcit.

Ennius. - - - *vitâ illâ dignu' locóq;*

Lucilius,

Lucilius. *Tum laterali dolor certissimus' nuntiu' mortis.*

Vetus figura hujus literæ apud Græcos fuit C. qu
patet ex nummo Augusti, in quo est AYT. KAIC
AYTYCTOC; atq; hinc fortasse quod nos c, ante e &
pronuntiamus ut S.

X, & Z, duplices sunt, &c.

X, vas'et ES, In veteribus enim exemplaribus reperias D
fit p o *dixit*, *Luxerunt* pro *luxerunt*, nonnulli etiam v
lunt ejusdem potestatis esse cum G S, quia à *Rex* est *rego*
Conjux conjugis: sed frustra sunt, non observantes C tenu
tùm apud Græcos, tum Latinos sæpe abire in medium G
ut patet in *Negotium*, *Negligo*, πίπλεγμαι à πλέκω, &c.

Z. vero est DS. ut *Zyphus* pro *Dsyphus*, *Zephyrus* pro *Ds*
phyrus; vel SD, hoc enim suadent vett. MSS. & lapide. i
quibusdam enim reperias *Zmyrnæi*, pro quo in aliis *Sm*
næi, nec non & Dorica dialectus, quæ pro ζ. utitur σδ.

Et I *inter duas vocales*. ibid.

I male adscribitur numero duplicium consonantium, cu
nec potestate sit talis, nec semper producit (ut ceteræ) v
calem præcedentem; nam in *Bijugus*, *Trijugus*, &c. prim
syllaba corripitur. Inter eas potius habenda est Q, quæ
C, & U, constat. In vett. enim codd. est *equs* pro *equus*, alt
r cum U contracto in Q; licèt nec hoc necessario producit v
calem præcedentem, ut supra diximus.

Adduntur etiam consonantibus I, *&* V.

Quæ vero nunc est V consonans, olim (Claudiano po
ta ævo) figuram habuit inversi F. Unde in lapidd. vetustis
DIFAI AMPLIAFIT TERMINAFITQUE.

K, Y, & Z, Latinis dictionibus, &c. ibid.

Latè nimis de literâ K, quæ meris Latinis in vett. inscrip
tionibus admiscetur; ut *Kastra*, *Kalendæ*, *Kapitolium*,
Kaveo, *Volkanus*, *Parkarum*, *Evokatus*, *&c.* cum tamen
in multis quæ à Græcis acceperunt, Latini C malunt qua
K, ut *Centaurus*, *Ceraste*, *Clio*, *Colaphus*, *Cupressus*, &c.

H *propriè quidem*, &c. ibid.

Desumpta est figura *H* à Græcis Atticis, nam olim illi scribebant HO, HOI, HOΔOI, pro ὁ, οἱ, ὁδοῖ. Et idem ferè est cum Æolico Digamma F, (nisi quod Æoles etiam usurpabant suum F, pro spiritu tenui;) nam non solùm scribebant Fελεγη, Fύλη sed etiam Foῖκος, Foῖνος, cujus figuram etiam apud vetc. Latinos interdum obtinuit, nam dicebant *Hœdum*, & *Fœdum*; *Hircum*, & *Fircum*; *Hariolum*, & *fariolum*, *Hostis*, & *Fostis*, &c.

Quod vè ò in mediâ dictione usurpant hanc notam Latini, ut in *prohibeo*, *dehonesto*, &c. in eo à Græcis dissident; usûsse autem morem hunc à Priscis Ionibus. Quorum exemplo, & in columna viæ Appiæ ENHODI'A pro eo scriptum, quod nunc ἐνοδία.

Aud Poetas autem interdum consonantis vim, &c. ibid.

Cascos scilicet & Comicos; sed nullibi apud quemvis loncum rei metricæ authorem.

Literæ Majusculæ, *A Aulus*, &c. ibid.

A etiam *Augustus* significat, *B Brutus*, Ↄ inversum *ita*: sed nec cum solæ aut paucæ scribuntur semper notant aut *numerum* aut *Prænomen*, nam *Cod.* est *Codex*. plur. *Codd. Cos. Consul. Coss. Consules. F. filius.* ⅎ. inversum *dia. H-S.* vel *LLS. sertertius*, *LL. libentissimè*, *Lap. lapis*, *Lapp. lapides*, *Lib. liber.* plur. *libb. MM. meritissimo*, *MS. manuscriptus*, plur. *MSS. N. nepos.* PP. *piissimi. R. P. Romanus Princeps*, *U.C. Urbs condita.* Hujusmodi vero literæ, quia anguæ ferè notabant verbum, veteres vocabant *sigla*, sive gilas; quarum qui uberiorem messem desiderat, adeat Val. Probi de notis Romanorum interpretandis Libellum.

In numeris, D. 500. M. 1000. [pag. 3.]

Pro quibus al'quando,

IↃ. vel CIↃ.

Horum autem literarum si transversa linea capiti imminet millies augetur numerus.

ut

ut

I	*mille*	Sunt et aliæ notæ numerorum, ut	ↀ. 200
V	*quinque millia*		ↀↃ 300
IX	*novem millia*		CXↃ 1000
X	*decem millia*		ɔ Ↄ 500
L	*quinquaginta millia*		IↃↃ
C	*centum*		IMI
M	*Mille Millia*		CCIↃↃ 100
			ↃMC

DMIↃↃↃ 50000
IↃↃↃ
CCCIↃↃↃ 100000
LCM
C QↃ 500000
C MↃ *mille millia.*

Numerabant etiam aliquando veteres per Alphabetum. A 500. B 300. C 100. D 500. E 250. Qui plura vult consulat Valer. Probum de notis numerorum.

De Syllabarum distinctione

Sequuntur & ista.

Sic etiam *CM* ut *Al-cmena*, *MN* ut *o-mnis*, *Scl.* ut *A-sclepiadotos*, *SM* ut *Barbarismus*, *str* ut *I-strum*, *tm* ut *Pa-tmarius*. Et generaliter quæcunque consonæ initio vocis connectuntur, vel quarum sonus non repugnat quò minùs connectipossint, eæ in medio junguntur, ut *bd* connectuntur media in *a-bdomen* quia incipit *Cλυρδὲς* cum *Cδ*, & rectè etiam scribimus *do-ctrina* & Græcè ἐ-δλὸς, ἐ-χθρὸς, quamvis verbum nullum incipit cum his sibi junctis consonis, tamen natura soni non obstat, quò minùs ita incipiant.

Si quæras quid ita scribimus cum aliter pronunciamus? Etenim quod scribimus *ma-gnum* efferimus *mag-num*. Sciendum est veteres olim pronuntiasse ut nos jam scribimus *ma-gnus*, non *mag-nus*; *a-mnis*, non *am-nis*, &c.

Con-

Compositorum verò dispar ratio, nam scribimus *ab-luo* *ab-scors*, *trans-marinus*, &c.

Sic etiam *an-nus* non *a-nnus*, *sul-cus* non *su-lcus*; quia natura vocum repugnat, ut aut duplex *N*, aut *l* incipiens dictionem.

Post X non scribitur S.

Ita quidem sentiunt Priscianus, Comerarius, & alii, sed sunt etiam, atq; ii non minoris nominis Grammatici, qui aliud jubent, dicunt enim nisi *S* admittamus post *X*. quomodo distingui possunt *Exorti* ab *ex* & *sors*, ab *Exorti* ab *ex* & *orior*; *Expecto* à *specto*, ab *Expecto* à *pecto*; *excidi* præt. ab *exscindo*, ab *Excidi* præt. ab *excidi* à cado, &c. Vide quæ supra annotavimus ad Orthographiam de *exsilio*, &c.

---- *ambigo.* [pag. 4.]

Non videtur *B.* interponi ad tollendum hiatum in *ambio*, & *ambio*, nam integra præpositio, ex quâ hæ voces componuntur, est *ambe* à Græco ἀμφι. Vid. quæ infra dicuntur ad Præpositiones, quæ non extra compositionem inveniuntur.

De sententiarum Punctis. [pag. 6.]

Omissa est Nota *diæreseos*, quæ signatur duobus punctis in apicem alterius vocalium, ut in aëre.

Et *Hyphen*; Lineola scilicet quæ conjungit partes divisi vocabuli; ut *Ex-tempore.* Sæpius autem usurpatur in fine lineæ, ubi angustia loci non finit, ut vox integra scribatur.

De Octo Partibus Orationis. [pag. 8.]

Nomen est pars, &c.

Imperfecta est hæc definitio, nisi ita explicas, quæ primò rem significat, aliter enim competit etiam Pronomini, id enim rem significat, sed secundariò.

Præ-

Prænomen, Nomen, Cognomen.

Romanis *Nomen* erat universæ familiæ commune, *Prænom* ad distinctionem individuorum ejusdem familiæ, *Cogno* ex invento, gloriâ partâ, aut eventu; ut, *Marcus Tullius Cice*

De accidentibus nomini. [pag. 9.]

Interrogativum, ut Quis, Uter.

Uter fere dicitur de duobus, *quis* de pluribus: sed hanc di ferentiam non perpetuò observant Autores, nam *quis* usur patur etiam de duobus apud *Livium*, lib. 27. *Duo celeberrim duces, quis eorum prior vicisset?* Sed an è contra *uter* dic tur de pluribus quam duobus, adhuc desideramus exem plum.

Unus, duo, tres, quatuor.

Addas *quinque, sex, octo, novem, decem, undecim, tre decim, quatuordecim, quindecim, sedecim*, sed deinceps de cem & septem, decem & octo, decem & novem, potiu quam *septendecim*; *octodecim*, &c. si fides habenda Prisci ano, quem tutiùs sequaris, quàm vulgares codices; in qu bus non negandum est invenirì etiam in illis vocabulis ius modi compositionem.

Primus, secundus, tertius, quartus.

Sic *Quintus, sextus*, &c. sed compositè dicendum *tertiu decimus*; vel *decimus & tertius*, usque ad *vigesimus*, ut doc idem Priscianus: neque movere nos debet, quod in vulg. codd reperiantur *decimus tertius*, *decimus quartus*, & ita deinc ceps, nam verisimile est id Librariorum vitio accidisse, q cum viderint notas XIII, XIV. quibus usi veteres, ita su sunt expressisse.

A viginti usque centum, si prior numerus sit major copula omittitur; ut *viginti octo*, non *viginti & octo*; tri *gesimus octavus*, non *trigesimus & octavus*, at si minor præcedat, conjunctione utimur; itaque dicimus *primus, d vicesimus*; vel *unus*, & *vicesimus*; *secundus*, vel *duo, quinquagesimus*, &c.

Simil

Similiter in distributivis, sine copulâ dicimus *viceni singuli, triceni bini*, &c. sed cum copulâ *singuli & viceni, bini & triceni*, &c.

Post *centum*, major numerus præcedit, sequitur minor, nunc cum copulâ, nunc absque eâ. Interdum tamen & hic minor numerus præit, & copula sequitur cum majore. Plin. lib. 7. cap. 52. de Epimenide, *Ut tamen in septimum & quinquagesimum, atque centesimum duraret annum.*

Uterque, omnis. ibid.

Uterque utuntur Autores, quum loquuntur de duobus, *omnis*, & *quisque*, cum de pluribus: sed neque hoc semper obtinet; nam cùm locutio esset de duobus, non meruit Terentius dixisse *omnis*. Phorm. Act. 2. Sc. 1. *Unum nôris omnes noveris*. i. e. *ambos*, vel *utrumque*; idem usus est Agellius. libro 16. cap. 9. *Quisque* de duobus usus est Quintilianus, lib. 7. cap. 5. *Illa quoque pendet ex jure, an cum duo res pecuniam abstulerunt, seperatim quadruplum quisque, an duplum debeat.* Vid. etiam lib. 10. cap. 1.

Alter. ibid.

Alter unum è duobus, *alius* è pluribus; ita plerumq; sed nonnunquam *alius* de duobus. Plaur. Prol. Capt. *Captus est in pugnâ Hegionis filius, alium quærimum filium Perus vendidit.* Vid. Cæsar lib. 3. Bel. civil. Et contra *alter* de *alius*, usurpat Phædrus, Fab. 18.

Ceterus, et *reliquus*, nonnunquam respiciunt antecedens diversæ speciei, ut Colum. lib. 2. *Leguminum non alia cura, quàm reliquorum frumentorum.* Plin. lib. 9. *Delphini, & reliqua cete simili modo coëunt.* Appul. lib. 8. de A. A. *Jamque* (Asinum) *cursu celeri cæteros equos antecellentem mirantur omnes.*

De Patronymicis,

vel ab aliâ quadam suæ familiæ. [pag. 10.]

Sic à fratre *Phaëtonte* dictæ sunt sorores *Phaëtontides*, & Epenthesin apud Maronem *Phaëtontiades*, imò & à ma-

tre, regibus, & illustribus posteris orta est hujusmodi de-
nominatio; quomodo *Æsculapius* vocatur *Coronid s*, à ma-
tre *Coronide*; *Romani Romulidæ*; *Athenienses Thesidæ*, & *Ce-
cropidæ*, à Regibus *Romulo*, *Theseo*, & *Cecrope*; & major
Ægei Ægidæ à nepote *Ægeo*.

Desinunt autem Masculina in *ades*, *ides*, et *iades*.

Quæ in *ades* exeunt, oriuntur à primitivis in *a*, vel *a*
purum; ut ab *Ilia Iliades*; *Æneas Æneades*, pro *Æ*
Virg. *Ælides*, *Æneides*, vel *Æncides*; nam omnibus
modis scribitur, Æneid. 9.

Quæ in *ides*, ab exeuntibus in *e*, vel *ius*, ut ab *Acrisius*
Acrisioniades, *Menœtius*, *Menœtiades*.

Quæ autem in *ides*, vel habent penultimam productam, &
fluunt à nominibus in *eus*, ut à *Peleus*, *Pelides*; vel correp-
tam, & derivantur à nominibus, vel primæ in *a purum*,
vel secundæ in *us impurum*; vel tertiæ declinationis, quo-
rum varius est exitus: ut à *Philyra Philyrades*; *Priamus*
Priamides, *Thestor Thestorides*, *Scipio Scipionides*; Poe-
Maro *Scipiades* tanquam à *Scipius*.

Nomina autem in *es impurum* formant omnes termi-
nationes; ut *Bates Batades*, *Corinetes Corinetides*, *Ar-
chises Anchisiades*; Iones per ων efferunt; ut *Cronion*, *Peli-
on*; Æolides per *adios*; ut pro Ἰαπετίδης Ἰαπετιάδιος filius *Hime*

Multebria desinunt in *as*, *is*, & *ne*. Quæ in *as*, vel *a*
oriuntur à Masc. in *des*, abjecto *de*, ut ab *Iliades Ilias*,
Peliades (facto per Epenthesin à *Pelides*) *Pelias*; *I-
Inachides Inachis*.

Quæ autem sunt à Masc. in *ides* penult. prod. interponu
e longum, ut à *Thesides Theseis*, hoc autem in nonnullis com
mune invenitur, ut *Æneis* ab *Æneides*: *Nereis* à *Nereides*.

Quæ verò in *ne* finiuntur facta sunt à gen. sing. Primitiv
rum addito *ne*; ut ab *Adrasti Adrastine*; sed *ei* mutatur in
long. ut *Nerei Nerine*. Quòd si nom. exeat in *ius*, vel *ion*
ine dicitur *one*, ut ab *Acrisius Acrisione*, ab Ἡσιόδιος Ἡσιόδ

Nonnunquam formam *Patronymicorum* sequuntur etia
Appellationes à Loco patiæ; quomodo *Venus* dicitur *C
phis*, à *Cypro*; et *Musæ Aönides*, à monte *Aone*; sic *Tri
I*

tas, Theſſalis, &c. à *Troja*, *Ionia*, *Theſſalia*; imò & illorum nomina, ut Homeri *Ilias*; Virg. *Æneis*, & multa hujuſmodi; *Heracleis*, *Theſeis*, *Alexias*, *Achilleis*, &c.

Diminutivum: ibid.

Ut plurimùm exeunt *diminutiva* in *ius*, *la*, *lum*; ut *filius*, *filiola*, *negotiolum*; nonnunquam in *io*; ut *Senecio* *senex*, aliquando in *iſcus*, vel *iſcum*, more Græco; ut *Syriſcus*, *ſcortiſcum*; interdum in *after*, ut *Poetaſter*, *ſurdaſter*, & ſimilia plerumque ſervant genus primæ poſitionis, ut *hic pugillus*, quia *hic pugnus*, ſed non eſſe id perpetuum oſtendunt hæc, *ervilla* ab *ervum*; *paniculi* à *panus*; *ranuculus* à *rana*; *ſcamillus* à *ſcamnum*; & *majuſculus*, *miuſculus*, *pluſculus*, & multa id genus *maſculina*, à comparativis *acutrius generis*.

De Numero. ibid.

Numeri ſunt duo: Singularis, &c.

Singularis qui dicitur, revera numerus non eſt, ſi ſtrictè hac voce utamur, ſed numeri potiùs initium: verùm Grammatici, more ſuo, vulgi hac in parte judicium ſequuntur. Sunt autem quædam nomina, quæ *ſingularia* licèt ſint: de *Pluribus* dicuntur, ut *populus*, & contra *pluralia* de *uno*, ut *Gabii*, *nuptiæ*.

Singulari, & plurali interponunt Iones, & Hebræi *numerum Dualem*, quòd medium quoddam continet inter *unitatem*, et *univerſitatem*, de duobus enim (ſuppone conſulibus) non dicendum eſt *omnes adeſſe*, ſed *ambos*; minimus enim numerus eſt ternarius, qui facit univerſitatem.

De Genere. [pag. 11.]

Licuerit pro tuo arbitratu mutare genus adjectivi, &c.

Ut Ovid. in eodem diſticho, prout metri exigebat ratio, *ſus eſt* (*ſpecus*) & maſculinè & femininè. Locus eſt quarto lib. Faſtorum. *Eſt ſpecus exeſa ſtructura pumicis aſpri, Non imi facilis, non adeunda feræ.*

Guilielmi Lilii Regulæ Generales Propriorum, [pag. 12.]

Divorum.

Quia mera libri usus est in Masc. Vid. 2. Cor. 3.

Huc referri etiam possunt *Angelorum* nomina, ut *Cherub* & *Seraphin*, in neutro tamen usus est vulgatus interpres e. Ezechiele, & similiter Græci τὰ χερουβίμ, τὰ Σεραφίμ· ut taceam LXX. est pia Doctaq; B. Chrysostomi ὁμιλί τὰ Σεραφείμ.

Fluviorum. ibid.

Sic *Acheron*, sive *Acheros*, licèt non negamus legi Femininè, sed tunc *Regionem*, non *Fluvium* significat.

Melius autem cognoscuntur genera *Fluviorum nominum* terminatione; non enim semper sunt Masculina, nec qu exeunt in *um* solummodò excipienda, cum *Allia*, *Albula*, & in *a*, sint feminina, nempe ad primam specialem regul pertinentia.

Styx, & *Lethe*, retinent femininum à Græcis: *N* quidem Masculinum, sed & neutrum, ut etiam *Ister* scilicet, quòd *illud* servat analogiam cum *far*, *ver*, & cæt Monosyllabis penult. gen. producentibus: *Hoc* cum *cal ver*, *verber*, *iter*, *suber*, &c.

Quandocunq; verò occurrerit hæc, vel feminina, vel neutr conjuncta cum adject. mas. ibi Synthesis est, et subintelligi *Fluvius*.

Ventorum. ibid.

Etiam et *ea*, quæ videntur ex *terminatione* esse *feminina* ut *Etesiæ*, *Ornithiæ*, Cicer. lib. 2. de Natura Deorum: *Et siæ*, *quorum flatu nimium temperantur calores.*

Huc referunt nonnulli etiam *Montium nomina*, sed & ea satìs dignoscas ex terminatione, & ratione incrementi licèt interea haud diffitendum *Oeta* apud Senecam repert cum mascul. adject. quamvis exit in *a*, neq; crescit Genitiv et *Oth is*, quamvis Græcis sit Fem. usurpatur in masculino Lucan. lib. 6. Statii 1. Achill. sed utrumque κατ' ὑπόνοιαν intellecto scilicet *monte*; ut in illo Ovidii in Ibin. *Ut dete*

dit *saltus in summo Thessalus Oſſâ.* (i. e.) in *Oſſâ* monte mmo.

De Feminiinis.

Venus. ibid.

Reperitur *Venus* etiam virili genere apud veteres, et Aſtophanes eam Ἀφρόδιτον appellat, ſcilicet, quod credebar eſſe utriuſque Sexus. *Pales* etiam legitur in Maſcul. ed ubi Deus ſignificatur, non Dea.

Urbium Regionum. ibid.

Urbium, Regionum, ac *Inſularum*, certiùs cognoſcas geera etiam ex terminatione.

Finita in *A*, et *E*, ſingularia primæ declinationis, et *Æ* pluria ſunt fem. ut *Roma Mitylene, Athenæ*; in *A*, et *E* ſing. ter-e, et *A* pluralia ſunt neutra; ut *Zeugma, Reate, Bactra*, &c. In *I*, & *Y*, ſing. Neutra; ut *Illyrici, Ægypti*, &c. Pluria verò in *I* virilia; ut *Delphi, Philippi, Argi*, &c. In *O* etiam Maſculina (licet per Synthesin aliquandò repeuntur cum adj. fem. conjuncta,) ut *Hippo, Narbo, Sulmo*, &c. In *L, um, on*, per *o* parvum, Neutra; ut *Hilpal, Suthul, Agedunum, Ilion*, &c.

Quæ verò exeunt in *On*, per ω magnum ſunt fem. ut ἡ Βαλιὰν, *Ancon, Pleuron*, &c. in *R.* Neut. ut *Gadur, Tibur; Anxur* maſc. & neut.

In *AS* maſc. ut *Agragas*, ſive * *Acragas*, *Taras*, &c. * *licet* in *OS* neut. ut *Argos*, quod Græcè variatur, ut τεῖχος, nam *Strabo* concretè eſt Ἄργος ἄκρα Πελασγοί. In *US* nunc virilia, *in 6. ſuis eſt*, nunc muliebria, ſed ſæpius muliebria; ut *Ninus* (quæ Hebræis *fem.* ſunt ve) *Tyrus, Epheſus, Miletus, Rhodos*, et pleraq; alia. *cum* Σῦρος apud Græcos eſt maſc. Sed Ovid. Epiſt. Leand. *ait* tre feminino. † Ἄκρα-

Sic *Abydos*, & *Haliartus*, leguntur utroque genere. γας δὲ

Lesbos conjungitur cum adjectiv. maſcul. Ovid. Met. Ἰώνων I. Fab. 1. Sic *Coriolus victus* in Flori lib. 1. cap. XI. ῦσα.

ed in *US*, quæ Græcè exeunt in ους, et ex οεις contracta, nt; ut *Daphnus, Peſinus, Amathus, Trapezus, Opus*; drus, *Phasis*, &c. facientia gen. per *untos* ratione ter-

 ations,

minationis, sunt masc. Cicero in Orat. de Aruſp. reſpon. *Preſſi autem ipſum vaſtâris*, Ovidius tamen, *Gravidamq; Amathûma metallis*, Sed hoc καθ' ὑποστασιν.

Deſinentia in *ys* femin. ut *Gortys*, admirationem ſci licet Apellativorum *chelys*, *chlamys*.

Nepet Tuſciæ civitas eſt neutrum, ſive ita legas, ſive ine grum mavis *Nepete*, idem etiam *Cim* nomen cujuſdam pa

---

Regulæ Generales Appellativorum.

Appellativa arborum erunt muliebria. ibid.

Cupreſſus, *platanus*, & *populus* erant maſculina veteribus Vid. Priſc. et Agell. libro 14. c. 19. atque etiam *ulmus* apud Catull. de vite, Carm. 61.

Mas Oleaſter.

Conſtat hoc ex illo Maronis Georg. 2 *Iudicio eſt tracta ſurgeas Oleaſter eodem plurimus.* Sed Tullius videtur ſe erpâſſe ſemin. genere, tertiâ in Verrem; atq; eandem nalogiam ſecutus Gaza in 4. Theophraſti dixit *pinaſter* i fem.

Thus. ibid.

Cujus generis ſit *Thus*, pro arbore, ex veteribus docti quit.

Epicœna. ibid.

Dicta Epicœna.

Epicœnis etiam annumeres *mancipium*, *ſcortum*, *jumentum*, et ſimilia.

Omne quod exit in um. ibid.

Sic etiam Græca in *on*, per *o parvum*, ut *Ilion* urbs, *Pelion* mons. E nominibus in *um* demas propria virorum, ut *Pegnium*, *Dynacium*; mulierum, ut *Glycerium*, *Phronesium* juxta regulam vulgo à pueris cantatam.

UM neutrum ponas Hominum ſi propria tollas.

Licèt vix agnoſcimus vocem *hominem* includere utrumque ſexum.

Prom

Prima Regula Specialis. [pag. 13.]

—— *rubes nubis genus est mulièbre.*

Sic *Messis*; licèt, Nonio teste, in virili usurpat Lucilius Sat. 27. *Potius quam non magnum messem, non magnam esse vindemiam.*

Masculina excepta ex non crescent hus.

—— *Lixa, lanista.* ibid.

His addas *auriga, pincerna, homicida, parricida, agricola, Cælicola, indigena, advena, transfuga, refuga,* & similia.

—— *Athletes Athleta.* ibid.

His adjungas, *sorites, tiaras* (quod distinguendum à *tiara* fœm.) *Cometes a, Planetes a*; etiam *Pandectes Pandectis*, licèt nonnulli magni nominis Grammatici contendunt hoc esse Ger. *fem.* quod, juxta Regulam Prisciani, *Greca* in *as*, vel *es*, cum apud Latinos in *a* desinunt, fiunt feminina, qualia sunt *Margarita, catapulta, Mandragora, Lamia, Hiara, Metreta*, nam ista græcè sunt, ὁ μαγγανίτης, ὁ καταπέλτης, ὁ μανδραγόρας, &c.

Sed hunc canona tunc tantùm esse verum existimamus, quando in vocabulis non intelligitur aliud nomen, unde suum genus accipiunt; quod aliter accidit in *Pandectes*, nam subintelligitur λέξις.

Haaria etiam masculinum est, quando pro mari ponitur, (nam est nomen etiam urbis) scilicet quod respicitur *Sinus*, Græcè est κόλπος ἁλός. In *Cometa*, et ejus *monetæ* vocabulis, includitur ἀστὴρ; in *Satrapa, Scytha*, et similibus ἀνὴρ.

Hujus etiam Generis sunt *Satanas, Satana, Mammonas*, sive *Mamonas, a*; ubi subintelligas. θεὸς, vel ἄγγελος, vel δαίμων.

Absinthites, Hyssopites, Glycyrrhizites masculina sunt, quòd respicitur εἶνος; idem et *aromatites*, cum vinum signat. nam *aromatites* gemma, jungitur cum Adjectivo fem. Plinii lib. 37. cap. 10. licèt id non observatum à Lexicographis, qui quidem quòd attinet ad gemmarum nomina in *as*, et *es*, incerti videntur quid statuere; neque (quantùm video) satis scii Gram-

matici, nam *aspalates*, *ostracites*, et *chalazias*, statuit solùm masc. etiam Vossius noster, at usurpavit Plinius et feminine.

Alabastrites, *Capites*, *Dryites*, *Pyrites*, notant duntaxat masc. Lexicographi; cum tamen, idem Plinius, non imperitus Romani moris loquendi, ausus est jungere cum Adject. fem. Vide (si cui vacat) Plin. lib. 37. cap. 10, 11, 12, 13. et lib. 36. cap. 17, 18, 19, 20, &c. In priore loco reperias multa masculina, in posteriore nonnulla feminina, imò nonnusquam eandem vocem, in eâdem lineâ, nunc masculinum, nunc femininam. Quid igitur statuendum in re tam dubiâ? nempe vel nomina hujusmodi, cum Græca sint, et respiciant λίθος, nomen utriusque generis, ob eandem rationem dubia esse apud Latinos, vel fatendum est masculina esse terminatione, sed κατ' ὀνομα, subintellectâ scilicet *gemma*, fieri fem. quod minus mirum videri debet, cum idem Plinius *Heliotropium*, nomen proculdubio terminatione neutrum, non metuit donare adjectivo feminino, lib. 37. cap. 13.

Callis. ibid.

Funis, *Crinis.*

Funis et *crinis* olim erant et fem. et *callis* ita usurpatur à Livio. Addas masculis, *Acinaces*, *annalis* (rariùs in singulari usurpatum) *colis*, *cenchris* pro serpente, *mugilis*, *retis*, *scrobis*, et (apud Vett.) *ovis.*

Mascula in er. ibid.

Cancer apud Antiquorum nonnullos neutrum erat; sed qui utuntur masculino tutiùs imitandi, ab *uter* etiam veteres formabant in plur. *utria*, et *Accipiter* maritabat Lucilius cum Adjectivo feminino.

Humus, *Alvus.* ibid.

Humus, et *alvus* olim erant masculina.

Colus. ibid.

Colus est dubii generis, nam Catullus, et Propertius usurpant

rpant masc. vide Catull. de Nuptiis Pelei, et Thetidos, Propert. eleg. 10. lib. 4.

Ficus. ibid.

Ficus pro fructu aliquando virile est; sed tutiùs usurpatur in feminino genere.

Acúsque. ibid.

Pro *instrumento* scilicet *sartorio*, & *paleâ*; nam *acus aci*, pro *pisce*, est masculinum.

Socrus. [pag. 14.]

Socrus olim utriusque generis, nam aliquando erat pro *socer*.

Os *in* Us *vertentia Græca Papyrus*, &c. ibid.

Abyssus. ibid.

Abyssus Latinis non est in usu, nisi scriptoribus Ecclesiasticis.

His verò addas *diametros*, *biblus*, *chrysopasius*, *topazius*, *chrysolithos*, (etsi Prudentius dixit *chrysolithos interlitus*) *balanus*, *carbasus*; nec tamen omnia vertentia *os* in *us*, tsi potiùs apud Græcos fuerunt feminina; nam est ἡ κάμηλος pud Græcos, quæ tamen inter Latinos est semper generis asculini, sic ὁ καὶ ἡ ὑάκινθος, Latin. est masculi.

Neutra non crescentia. ibid.

Huc referas etiam *pascha æ*; nam primæ potiùs est declinationis quàm tertiæ. *Manna* pro cibo Israeliticò, nisi id aliam classem referendum, cum ἄκλιτον sit. Diximus *ro cibo Israelitico*, nam pro *micis thuris*, malumus inter minina referre: Falluntur illi, qui putant *polenta* esse eutrum, et qui ità usurpant; nullo modo imitandi.

Hippomanes, *Cacoëthes.* ibid.

His similia *panaces*, *nepenthes*, & *solæcophanes*, *Cynoges*, quæ propriè adjectiva sunt Græca in *es*, à commu-

bus in *ns*.

Pela-

Pelagus. ibid.

Etiam *chaos*, *epos*, *melos* etiam, & *mele* in plur. quibus addas quoque cete duntaxat plurali, sic *Sexus* etiam, neu
Rud dixit Plaut. *virile sexus*, sed quòd semel tantum
Act 1. dixit tam vetustus comœdus, haud suadeo cuiquam
Sc. 2. imitari.

Dubia non crescentia.

Canalis. ibid.

Melius profertur *canalis* in feminino genere.

Halcyonis. ibid.

Halcyonis nusquam (quod sciamus) reperitur in Nom. Sed *Halcyon* potius, quòd semper fem. acq, ideò referend. ad fem. sub tertiâ speciali regulâ.

Amnis. ibid.

Olim hujus classis etiam erat *amnis*, nunc tantum viril.

Linter. ibid.

Linter semper fem. præterquam in uno loco Tibull. lib. 2. eleg. 5.

Pro morbo ficus.

Tutius autem *ficus*, pro *morbo*, usurpatur in Masc.

Pharus. ibid.

Pharus malè hic ponitur, semper enim femininum.

Vepres etiam, sive ita sit, sive *vepris*, vel *veper*, h. referendum est, licèt plerumque sit mascul. et raiò usurpatur in gen. fem. *Palumbes* quoque, vel *palumbis*, est utrog genere, ut & *rubus*; *callis* quoque, dubii est generis, atq etiam *fimus*, nam Appuleio femininum est, ut & olim *tus.*

Dyonysias gemmæ est etiam generis utriusvis, cum ratiò masculinum, est primæ declin. *as æ*; cum femin. ter

trix, *asados*; & ad tertiam specialem regulam pertinet, *Adutuis* usurpatur in tertiâ Declin.

Smaragdus etiam sæpiùs mascul. aliquando autem femin. & usurpatur; contra *balanus* plerumq; femininum interdum virile; *Barbitos* Horatio masculinum, Ovidio fem. cujus generis sit *trudes* incertum reliquerunt Authores.

Communia non crescentia.

Senex, Auriga. ibid.

Male hîc numerantur *senex*, *juvenis*, *auriga*, *verna*, necnon & *agricola*, *Grajugena*, *advena*, licet à *verbis* composita in *a*, quæ nusquam reperies in structurâ femin. *Convixa* verò aliquando invenitur construi cum Adjectivo fem. quod nisi invenirem esset, tota corruisset hæc regula, & imbecilli sanè fulta est tibicine, cùm unico Pomponii casci autoris loco exster.

Canis. ibid.

Pro quo apud Vett. reperias *canes* in Nom. sing.

Secunda specialis Regula.

Penultima si genitivi

Syllaba acuta sonat.

Cave ne hinc concludas, quòd omnia quæ ex hâc regulâ excipiantur producant penultimam genitivi, nam *pes pédis*, *grex gregis*, *bos bóvis* tantum acuunt syllabam priorem, quæ tamen, si quantitatem spectas, naturâ brevis est.

Ætas ætatis olim virile, ut ostendit Nonius illo Plauti Trinummo, *Propter eosdem, quorum causa fui hoc ætate exercitus.*

Rhinoceros, Ægoceros, ôtis. [pag. 16.]

Ubi *Ægoceros* facit *Ægoceros ôtis* in Gen. desideratur exemplum, nam Germanicus in Aratcis v. 213. dixit *cum sedem Ægoceri Cytherius attigit ignis*; & Lucanus in x. *Ægoceron cancrumque tenet*: vide quæ dicta sunt infra ad

Gen. Græcor. Nom. tertiæ declinationis.

Masculà excepta ex acutè crescentibus.

Sal. [pag. 17.]

Sal neutrum etiam est apud Priscos, per Apocopen scilicet à *sale* Nominativo obsoleto: sed hoc genus nunquam invenitur in plur. ubi semper legitur *sales*, quod non utrumque tantùm, sed etiam condimentum significat, quod multis exemplis probari potest, contra Donatum in illud Terentii Eunuch. Act. 3. Sc. 1. *qui habet salem*, (vel ut alii *sal*, vel *sale*) *quod in te est.*

Pes. ibid.

Pes olim femininum quoque, ut docuit nos Nonius, sed in loco, quem citat ex Plauti fragmentis, *animalculum* significat.

Glis Gliris. ibid.

Nam *glis glittis*, terra tenax, est fem.

Grex. ibid.

Grex apud Vett. etiam fem.

Masculà in er, or, & os. ibid.

Calor verò olim fuisse neut. liquet ex Plaut. Mercat. Act. 5. Sc. 2. Im. 19. Idem erat & *decor*, sed tum judicatum pro *decûs* poni, & corripere genitivi penultimam.

Eos autem fem. sive pro Deâ, sive pro die, sumitur.

Videns pro *Instrumento.*

Pro *ore* enim est femininum.

Adamas. ibid.

Ut liquet ex Sen. Hercul. Fur. v. 807. cujus tamen composita *androdamas*, & *argurodamas* junxit cum Adject. fem. Plinius lib. 37. c. 10.

Bombyx

Bombyx, pro Vermiculo. ibid.

Rectè pro *vermiculo*, nam pro *materiâ*, & *telâ* ipsius est fem. addas etiam *varix*, *dropax*, *mystax*.

Neutra excepta ex acutè crescentibus. ibid.

Halec.

Halec tantùm neutrum est: ergo si quando *halecis haleci*, &c. occurrunt fem; sciendum est ea esse à Nom. *halex*, quæ etiam *muria* significat, & aliquando scribitur cùm duplicè l, & sine aspiratione *allex*, vel *alex*.

Dubia acutè crescentia.

Python. ibid.

Python pro *serpente*, quem Apollo interemit, tantum masc. est; nec obstat quod Tibull. lib. 11. eleg. 3. exstet, *Delphica Python*; ibi enim urbs *Delphi* significatur, Græcè πυθὼ, & πυθών.

Olim dubia fuerunt (ut docent Grammatici) *crux*, *lux*, & *frons*, quando μέτωπον notat, verùm haud turpè utaris in virili.

Cujus generis sint *esox*, (sive pro eo mavis *exos*) & *volvox*, incertum *Plinius* reliquit; Juniores utrumq; inter masculina retulerunt.

Bubo. ibid.

Bubo usurpatur à Marone in fem. gen. sed solus ille est, & tutiùs sequendi qui utuntur masc. *Carbo* etiam, & *arrhabo* aliquando leguntur feminina; *talio* masculinum, sed quid id? pueris loquendum cum vulgo.

Stirps pro trunco. ibid.

Pro *prosapiâ* enim, est femininum.

Pedis, & Calx. ibid.

Nam pro *lapide* in cœmenti usum cocto, quem Anglicè dicimus **lime**, est fem. gen. *Dies.*

Dies. ibid.

Plurâli tamen reperitur in fem. gen. Tull. pro M. Plancio; *ô reliquas omnes dies.* His addas *Acheron*, vel *Acherons*, nam Maro dixit *Acheronte diffuso*: Plaut. Capt. *nulla Acherunis.*

Communia acutè crescentia.

Infans. [pag. 18.]

Infans (ut & animans) est omnium generum; nam dixit Ovid. *infantia ora*, *infantia guttura.*

Haud rectè *fur*, *latro*, *exlex*, hic adduntur; quæ, licet significatione sint communia, semper tamen structurâ sunt masculina.

Nepos olim commune erat, nunc autem solùm masc.

Onyx, *Sardonyx.* pag. 19.

Vide quæ de his infra in reg. *Sunt dubii generis*, &c.

Tertia Specialis Regula.

Feminina excepta ex graviter crescentibus.

In do atque in go. ibid.

Harpago autem est masc. & *cupido*, pro cupiditate, apud Poetas; *Cæcus auri cupido*, Senec. *Sordidus cupido*, Horat.

Grando. ibid.

Nec imitandus Varro, cum *albo grandine* dixit, ut Nonius ostendit.

Græcula in as. ibid.

Sed *artocreas*, & *erysipelas*, *atis*, sunt neutra.

vel in is. ibid.

In *ys* etiam, ut *chlamys.*

Adde filix q; ibid.

Etiam *alcyon*, sive mavis juxta Etymol. (ἅλς τὸ ἐν ἀλὶ κύειν) *halcyon*, *ardon*, & *merges.* Neutra

Neutra excepta ex graviter crescentibus,

Jubar. [pag. 20.]

Jubar reperitur etiam in masc. gen. apud Ennium.

Jecur. ibid.

Olim *jecor*, factum scilicet, per syncopen, ex *jecinor*, unde duplex Genit. *jecoris*, & *jecinoris*.

—Attamen ex his

Masculа sunt pecten. ibid.

Hinc excipias etiam & *turben*, sic etenim Tibull. *Namq; ager, ut per plana citus sola verbere turben*, licèt alia exemplaria habent *turbo*, nec non & *salar*, *guttur* quoque olim erat masc. ut, ex Plaut. Aul. Act. 2. Sc. *Postquam obsonavi*, &c. liquet; atque etiam *murmur*.

Prosungo, tuber. ibid.

Etiam pro *tumore*; pro *arbore* autem, est fem. pro *fructu arboris*, masculinum.

Papaver. ibid.

Invenias tamen *papaverim* in accus. Plaut. Pæn. Act. 1. Sc. *Negot. sibi*, &c.

Siser. ibid.

Siser non negamus neutrum genus, invenias tamen *Siseres* in Accus. plur. Plin. lib. 20. cap. 5.

Adorque. ibid.

Scilicet pro *adus*, Gen. *adĕris*, & *adŏris*, nisi mavis *adoris* dic masculinum.

Adde neutris *spinther*, *laver*, nisi quòd hoc utitur in fem. Plin. lib. 26. cap. 8. sed id fortasse κατὰ κάνονα, & cum respectu ad herbam: *laver* enim est herbæ genus, neutrius etiam generis olim *carcer* opinantur Grammatici.

Dubia

Dubia ex graviter crescentibus.

Cardo, Forceps. ibid.

Cardo vix apud idoneum Autorem legitur in fem. genere nec *forceps* in mascul. apud cascos forsalle, aut neotericos. Ennius in fem. usus est *aer*, & *lapis*. Ennius, & Propert. *pulvis*, sed usitatiùs in mascul. ponuntur; *cortex* verò utriusque generis, & *Sardonyx*; *onyx* autem genus variæ pro significatione, pro *gemma*, quæ & ὀνύχιον dicitur, fœmininum est; pro *lapide*, qui *onychites*, & *Alabastrites* dicitur, masculinum, licèt Martial epigr. 93. lib. 7. dixit *onyx parva*, ubi Scriverius suspicatur, pro *parvâ*, eponi debere *Nerva*, vel aliud proprium. *Tudes*, & *ames*, sive *amis*, cujus generis sint, id omninò incertum reliquerunt Autores; ideò tutiùs in his abstinere adjectivo certi generis, verùm si alterutro uti cogeret necessitas, uterer potius virili, quia in *es* exeuntia, quæ in obliquis crescunt, propè omnia sunt masculina.

Communia ex graviter crescentibus.

Communis generis sunt ista, vigil, pugil, &c. ibid.

Masculina solummodo sunt *pugil, exsul, præsul, homo pedes, eques, obses, princeps, hospes, interpres, opifex*, & perpàm adjudicantur feminina, quia tem[illegible]inis substantivis reperiuntur nonnunquam conjuncta, id enim accidit nominibus cujusvis generis.

Antistes, ibid.

Tutiùs in feminino usurpatur *antistita*, quàm *antistes*.

Ales. ibid.

Ales plurimùm est fem. subintellecto scilicet *avis*, nam proprie adjectivum videtur, & nonnunquam ita usurpatur, Ovid. Metaph. lib. 10. lin. 587. Horat. Epod. 3. lin. 14.

Regula Adjectivorum Generalis.

Adjectiva unam dunt axat habentia vocem.

——Retinet genus omne sub una.——

Victrix tamen, & *altrix*, etsi unius terminationis, duo-
um tantùm sunt generum, fem. scilicet, & neutrius: fem.
tis constat, in neut. verò dixit Statius, 5 Thebaid. *Ultri-
a tela*; Virg. Æneid. 3. *Victricia arma*, & in sing. Lu-
anus, *Victrici ferro*; Claud. *Victrix jolum*, Minutius Fe-
x, *Victrix tropœum.*

Juxta priscos comparativa in *or* omnium erant generum,
de apud Valerium Antiatem Annal. 6. *hoc senatusconsul-
m prior factum est*, & Cassius Hemina Annalem suum
uartum hoc titulo inscripsit, *Bellum Punicum poste-
ior.*

Potis etiam apud eosdem reperitur in neut. gen. in locis
on paucis, Lucret. lib. 5. *Non potis est cerni qui cassum lumi-
e fertur.* Catul. ad Lesbiam, carm. 64. *Qui potis est? aquis.* & contra (*Pote*) in masc. Propert. lib. 2. Eleg. 1. *Qua pote, quisque in ea conterat arte diem.* Et Catul. de
cme & Septimio, carm. 41. *Quantum qui pote plurimum
erire.*

Sub geminâ si voce cadunt——

Errant nonnulli, qui ad primum pertinentia ad hunc
cundum ordinem reducunt *Gentilia* in *as*; cujus neutrum
olunt esse in *ate*, sed absque veterum Autoritate; qui omnes
ferunt in *as*. Cicer. lib. 16. Epist. 8. ad Atticum, *ad iter
pinas*. Liv. lib. 5. *bellum Capenas*, & lib. 8. *Bellum Pri-
enas.*

At si tres variant voces, &c. ibid.

Plurima adjectiva trium terminationum habent masculi-
um genus in *us*, ut *bonus*, *multus*, &c. nonnulla in *er*, ut
ger, *pulcher*, unicum in *ur*, ut *satur*, quorum singulis
ommune est fem. in *a*, neutrum in *um*.

Talia sunt pauper. ibid.

Horum nonnulla reperiuntur in neut. gen. saltem in sing. nam dixit Naso. 4. Tr. st. *divitis ingenii*; & de arte Amandi in Nom. —— *Externo marmore dives opus.* Virg. in 9 Bucol. *pauperis tuguri*; Lucan. in 10. *paupere ævi*, Juv. Sat. 5. —— *signum de paupere loro.* *Sospes* habet aliq. ado in feminino *sospita*, ad imitationem nonnullorum substantivorum, nam *Antistes*, quamvis sit communis generis, habet tamen in fem. etiam *Antistita*, sic *rex*, & *leo*, (q. olim etiam utriusque generis) in Fem. *regina*, & *lea*, nam *leæna* Græcum est; Et à pu is masculinis *caupo*, *cliens*, *luber*, *tibicen*, *filicen*, *leno*, *equus*, *filius*, & similibus, sunt feminina *caupona*, *clienta*, *colubra*, *tibicina*, *filicina*, *lena*, *equa*, *filia*, imò sunt substantiva nonnulla, quæ genus eorum, quibus apponuntur postulat, terminationem mutant, quibus usi sunt Autores, quasi prorsus essent Adjectiva, sic Virgil dixit *Arcadium magistrum*; Georg. 4. *Laticem Lyæum*, pro *Arcadicum*, et *Lyæium*. Horat. lib. Ode 9. *Medum flumen*, & *Sulpicia horrea*, lib. 4. Ca. Ode 12. Persius Od. 1. *Heroas sensus*, *Ligus* ora pro *Ligustica*, *juvenes jocos* pro *juveniles*. Plin. lib. 19. c. 12. *hora vesperna* & *tempus vespernum*. pro *vespertina* & *vespertinum*. Patet fortasse in *terrâ Italiâ*, & *terrâ Hispaniâ*.

Hic celer hæc celeris. [pag. 21.]

Veteres retinebant *er* etiam in feminino genere, ut Nævius de Bello Punico, *Famés acer augescit hostibus*; & Ennius in 16. *Æstatem autumnus*, *sequitur post acer hyems.*

De DECLINATIONE.

Prima Declinatio.

Thomas, *Anchises.* ibid.

Nominativus etiam hujusmodi nominum in *as* & *es*

quando reperitur in *a*; ut *Atrida* pro *Atrides*, *Pelia* pro *Pelias*, &c. Et hinc est quod vocativum corripiunt Poetæ, quasi vox tota facta esset Latina; — *Atrida vetas cur*, Hor. Ser. 3. lib. 2. Nec aliundè est quod Accus. desinit in *am*, etiam cum Nominat. apud Græcos in *es* exit. Horat. lib. 2. Ser. 1. *Poteras & dicere fortem Scipiadam*, pro quo (si Græcum variandi morem secutus esset) dixisset *Scipiaden*.]

Penelope. ibid.

Videbis tamen aliquando *Penelopa*, pro *Penelope*, cujus Gen. & Dat. exit in *æ*, Accus. in *am*, more latinæ declinationis; quod in aliis etiam accidit. Vid. quæ dicuntur ad *Reg. Veniunt his rectus*, &c.

Terras pro terræ. [pag. 22.]

Sic *monetas* pro *monetæ*. Plaut. *Alcumenas* pro *Alcumenæ*, *comœdias* pro *comœdiæ*.

Aulai, Pictai. ibid.

Pro *aulæ*, & *pictæ*, Gen. & Dat. Nequicquam enim aliqui distinguunt; Sic etiam Geryonăi, etsi masculini generis, pro Geryonæ.

Genitivus pluralis interdum Syncopen admittit. ibid.

Sed hoc præcipuè in Patronymicis masculinis, & in compositis à colo, & gigno; ut Cælicolûm, Grajugenûm.

Ambæ, duæ, abus. ibid.

Reperiuntur etiam *conservâbus*, *animâbus*, *asinabus*, & inter veteres *eâbus*, *hâbus*, *illâbus*, *dextrâbus*, *raptabus*; *captâbus*, *puellâbus*, *pudicâbus*, *portâbus*, *oleâbus*, & (ut nonnulli volunt) *Maniâbus*, sed his quæ tantùm extant inter cæcos, tutiùs abstinere pueris.

Secunda Declinatio. ibid.

Græcorum os & on.

Græcis in *os*, & *on* (modò non sint Atticæ dialectus)

Gen. fit in *i*, Dat. in *o*. Accuſ. in *on*. Vocat. ab *os* in *e*, ab *on* in *on*. Ablat. in *o*. Apud vetr. tamen legas *Menandru*, & *Apollodoru* in Gen. *u* ſcilicet facto ex ω ; & *Populoi*, *Romanoi*, *Caproi*, *Caveloi*, in Dat. pro *populo*, *Romano*, &c. adſcripto ſcilicet *i* lateri, quod Græci in Dativis tertiæ declinationis ſolent ſubſcribere ω, ut in λόγῳ, ξύλῳ, &c.

Androgeos, *Gen. Androgeo*. ibid.

Reperias tamen apud Virgilium, Æneid. 2. —*Comantem Androgei galeam*; ſed id fortaſſe ad Latinum flexum, nempè à Nom. *Androgeus*. *Athos* in Accuſ. habet *Athon* ; & *Athos* juxta veteres Atticos.

O Panthu, *O Oedipu*. ibid.

Nempè à Nominat. Παύθο & Παύθυς, fit vocat. Παύθο Παύθυ, & facilis mutatio ο in υ; ſed neſcio, an de *Oedipu* eadem ſit ratio ; nam in eo nulla eſt contractio, Nom. autem Græcos eſt ὁ Οἰδίπους, & ſi credamus Voſſio, etiam Οἰδίπους, Gen. Οἰδίπουος, & Οἰδίπου.

Tam in us quàm e mittere vocativum. ibid.

Niſi mavis eſſe antiptôſin, ubi hæc nomina occurrunt in *us*. Nam id accidit in aliis dictionibus, *Adſis latitiæ Bacche dator*. Virg. Æneid. 1. Nam *e* eſt propria vocativis terminatio, ſi excipias *Deus*, nuſquam enim eſt *Dee* niſi apud Eccleſiaſticos ſcriptores. Scimus quædam exire in *i*, ut in Appellativa, *fili*, *geni*, *manuari*, & nomina propria *Pompei*, *Virgili*, *Cäi*, &c. Sed hæc facta per apocopen ex *filie*, *genie*, *manuarie* &c. Retinetur autem in *e* Epithetis ; ut *Delie*, &c. & Græcis nonnullis, ut *Evie*, *Sperchie*.

Eus Gen. format in ei, &c. ibid.

A Græcis in *eus*, ut Gen. in *ei*, ita Dat. in *eo*, Accuſ. in *ea*. Et (ſi audiamus Probum) Vocat. in *ee*. omninò juxta typum morem formatum aliquando reperias. Torquet nullos, quòd Ovidius dixit *Orpheon* in Accuſ. ſed ſciendum eſt quod Latini, Græcas voces Latinâ terminatione de-

tis, eâ Græcorum declinatione flectunt, quâ apud eos istæ habetur terminatio, cum igitur *Orpheus*, quasi nomen secundæ declinationis, exit in *us*, cui respondet apud Græcos terminatio in *es*, haud mirum videri debet, si Accusativum aliquando facit in *on*.

Ablativus hujus declinationis, qualiscunque sit terminatio Nominativi, sive Græca, sive Latina, perpetuò desinit in *o*. Sed docemur ab Agellio olim exisse in *e* & *i*, atque hinc veteres dixisse *die pristini* (i. e.) *pridie*, *die crastini*, *proximi*, *quincte* vel *quincti*, *quarte* vel *quarti*, *none* vel *noni*, pro *pristino*, *crastino*, *proximo*, *quincto*, &c. Hoc verò solum observâsse discriminis quod per *o* ista pronunciarent, cùm de transacto esset sermo, per *e* vel *i* indifferenter cùm de futuro; fortasse tamen cum per secundam vel tertiam vocalem efferuntur, rectiùs adverbia censeantur, præsertim si scribantur copulatè *diepristini*, *diecrastini*, *dienoni*, &c. Sed, quibus hæc non placent, videant quæ infrà dicta sunt ad *Adjectivum cum substantivo*, &c.

Accusativus singularis nominum Latinorum apud antiquos olim exibat in *om*; ut *avom*, *servom*, *equom*; pro *avum*, *servum*, *equum*; & Nominativus plur. scribebatur per *ei* diphthongum; ut *captivei* pro *captivi*, nempe ut differret à Genitivo in *i*.

Vetustiora sunt *Adelphœ* pro *Adelphi*, à Græco ἀδελφός, &c. *Filumnoe*, *Poploe*, *Fascinoe*, in Carmine saliari, pro *Volumnii*, *Populi*, *Fascini*.

Dii non à *Deus* est, sed per Syncopen factum ex *Divi*. Nisi quis placet ut ab *is* est *ei*, & *iis*; *eis* & *iis*; sic à *Deus* esse *Dei*, & *Dii*; *Deis* & *Diis*. Nam *Dei* & *Deis*, leguntur, sed minùs obvia.

Deûm pro Deorum, *Virûm pro Virorum*, ibid.

Varro de Vitâ P. R. *Quaternûm digitûm tabellis*. Sic etiam *Achivûm*, *Argivûm*, *Danaûm*, *Divûm*, *Equûm*, *Graiûm*, *magnanimûm*, *Sociûm*, *Tucrûm*, apud Virg. *nostrûm*, *vestrûm*, *tuûm*, *æquûm*, *iniquûm*, apud Plautum: imò apud Ciceronem videre est *fabrûm*, *liberûm*, *nummûm*, *sestertiûm*, *modiûm*, *medimnûm*, *senûm*, *septenûm*, *denûm*, *centum*.

Tot exempla notavimus, ne in quibusvis nominibus hæc Syncope uti audeant studiosi, sed veterum attendant usum, qui eandem etiam non verebantur admittere in quibusdam neutris; ut Ennius *Romuleûm*, *duelliûm*. Plaut. *verbûm* pro *verborum*. Sallust. *Studiûm*; Curtius *Talentûm*, sed hæc rara.

Ambo & Duo. [pag. 23.]

—*Poëtæ etiam in Accusativo masculinas usurpant.*

Quid non & oratores etiam? cum dixit Tullius, *præter duo vos*, & Livius *ambo exercitus* in accus. plur. Imò docuit nos Scipio Gentilis accipi muliebri gen. in illis Pauli I. C.

* *lib. 10. 1. 17. de grad.* * *l. ult. 1. 2. de leg.*

* *Tritavia similiter numerata facit personas triginta duo.* Contius etiam monuit pro Genitivo poni in illis Scævolæ * verbis, *duo millium aureorum*, pro *duorum*; ad morem fortasse Græcorum, qui duo omnium generum, & omnium casuum esse volunt.

Pro *duo* in neutro genere dixerunt Casci *dua*; ut Attius apud Cicer. in Oratore, *Video sepulchra dua*; Posteriores verò id tantum retinuerunt in compositione; ut *duapondo*.

Tertia Declinatio. ibid.

Difficiliores tantùm casus, &c.

In Genitivo videtur quædam esse ἀνωμαλία, nam ut habet *nivis* in Gen. non *nicis*, ut cætera in *ix*; & *lac* fac. *lactis* non *lacis*, ut *halec halecis*, & reliqua in *c*. sed loquasse *lac* fit per ἀποκοπὴν ex *lacte*, cujus Gen. κατ' ἀναλογίαν est *lactis*.

Iter habet *Itineris*, nisi mavis id esse ab obsoleto *itine* (quo usus est Plaut. Merc. Act. 5.) & germanum genitivum esse *iteris*, cujus meminit Nonius.

Senex in Gen. est *Senis*, sed hoc contractum ex *Senicis*, quod usurpavit Plaut. Cistellariâ, indéque *Senecio* & *Senecitus*, quasi *Senecitus*.

Genitivi

Genitivi *sanguinis*, & *supellectilis* putantur vul. ò esse orti à Nominat. vis *sanguis*, & *supellex*; sed, si credamus Grammaticis, olim erant *sanguinis*, & *supellectilis* etiam in Nominativo; & Genit. à *sanguis* non erat *sanguinis*, sed *sanguus*, ut à *panis*, hujus *panis*.

Lapis videtur olim variâsse in Gen. Nam legitur in Dat. singulari *lapi* & in Gen. plu. *lapide um*; sed hoc fortasse ab obsoleto Nominat. *lapider*, vel *lapidis*. Gen. *lapideris* &c. ut *regerum*, & *nucerum*; pro *regum*, & *nucum*, à rectis *reger*, & *nucer*; vel *regis*, & *nucis*; unde *rex*, & *nux* postea.

Propria nomina hujus declinationis in *es*, apud vet. sæpe habent Genitivum in *i*; ut *Achilli*, *Aristoteli*, *Demosthenis*, *Oronti*, *Xerxi*, &c. pro *Achillis*, *Aristotelis*, &c. Vide quæ dicta sunt infra, ad Regulam (*Hæc simul & quarti*, &c.)

Dativus vul. ò in *i* definit, sed affirmant nonnulli, & in is Vossius noster, quòd apud Antiquos exibat etiam in *e*, in hanc scilicet opinionem ducti, quòd Græci (quos Latini in multis secuti sunt) nullam habuerunt differentiam inter Dat. & Ablativum; Ablativus verò, observatum interiarum vocalium sonum, tum in *e*, quam *i*, definit.

Loca quæ exhibent, sunt Catul. carm. 44. *Quæ tibi sene serviret*, scilicet.

Ule emendatur à Josepho Scal. nam vulgò legitur, *quæ tibi sine fine erat*. Lucilii apud Nonium *ex esuriente leoni exsculpere prædam*. Nam Scal. vult *esuriente* esse dandi casus. Tertius est Propertii lib. 3. Eleg. 5. *si placet*, *insultet*; *Lygdame*, *morte mea*. Licèt in vulgatis exemplaribus legitur *morte meâ*, atque hæc, ut videtur, citat Vossius, à Scal. de Arte Gram. sed affert etiam ex suâ Cornucopiâ, & fortasse etiam magis opposita. Primus locus est Ovidii lib. 4. Eleg. 7. *Et quæcunque meo fecisti nomine versus.* (*meo nomine*) hoc iisque est (*mihi.*) Secundus est ejusdem Fast. lib. 6 circa finem: *Ista quia par facies nobilitate fuit.*

in exsulpere, sed in libro meo à Lelmatio impresso M. D. LXXXV est esuriens.

Plura hujus generis congesta sunt ab Ausonio Popma, quem (si cui vacat) videat lib. 1. de usu antiquæ locutionis, sed num hæc omnia probant, quod volunt illi, nempe Dativum exiisse olim in *e*, sit penes eruditum Lectorem judicare; certè cavendum est pueris, tam deviis insistant vestigiis.

Quorundam Accusativi flectuntur tantum in im; *ut vim*, &c. ibid.

Addas istis *sinapim*, *præsepim*, *gummim*, seu *cummim*, *cucumim*, *caunabim*, &, si libet, etiam *pelvim*, & *burim*; nam vix ut quam reperias in *em*: uti nec *securem*, sed *securim*.

Ut Tibrim, *Ararim*. ibid.

Sic *Tigrim*, *Fabarim*, *Athesim*, *Tanaim*, *Ligerim*, *Batim*, *Halym*, *Albim*, ut & alia etiam nomina propria; *Leucaspim*, *Opim*, hoc *puellæ*, illud *viri*.

In im & em; *ut buri*, *pelvi*. ibid.

Buvis, & *pelvis* inter superiora reponas, & hic rursus adde *Lens*, Acc. *lentem*, & *lentim*; *avis*, *sementis*, *Strigis*, Accus. in *em* & *im*; sed hæc rariùs in *im*.

Ut Mare, *Ablativo Mari*. ibid.

Sed legas etiam *mare* in Ablat. apud Ovid. lib. 5. Trist. Eleg. 2. & Pont. lib. 4. eleg. 6. & alibi, Terent. Varr. lib. 12. Antiq. Hum. ab *Erythræo mare orti*, & in Fundanio, *a mare aquam oriri*, Plaut. in plurimis locis quæ Lectori facilè occurrent.

Hæc tamen e retinent; *Far*, *Hepar*——

Gausape, *præsepe*. ibid.

Gausape apud Horat. l. 2. Sat. 7. *Purpureo mensam pertersit*, sic Luc. *Purpureo latas tunc tersit gausape mensas*; & nescio, an ullibi invenias *gausapi*, *præsepe* verò est à Nominat. *præsepis*.

Addas

Addas autem *lucar*, & si quæ preterea occurrunt, quæ corripiunt penultimam Genitivi crescentis, legas etiam apud Maronem in Culice, *Sub laqueare domus*, ubi penultima producitur; sed hoc rarò, & Poeticè.

E neutris in *al* excipias *sal*, quod Ablat. *Sale*, nisi mavis *sale* esse à masculino *sal*.

De Ablativo *par* vide infrà, post *Adjectiva panper*, *degener*, *uber*, &c.

Et hæc propria, *Soracte Ablat. Soracte.* ibid.

Imò & quæcunque hujusmodi invenias, ut *Bibracte*, & *Neapte*, &c. nam alia ratio est Propriorum in *e*, alia communium, hæc plerumque faciunt Ablat. in *i*, illa semper in *e*.

Aliquando verò tam in orum, [pag. 24.] &c.

Sed hi Genitivi in *orum* ad secundam declinationem potiùs pertinent, cùm descendant à Nominativis obsoletis in *um*, ut *jugera*, *jugerorum*, à Nom. s. *jugerum*, non *juger*; *vasa*, *vasorum*, à *vasum*, quo usus est Cato apud Agellium lib. 13. c. 22. Plaut. Trucul. Act. 1. Sc. 1. Non autem à *vas* cujus plur. etiam extat apud Cornel. Severum in Ætnâ.

—*cavis cunctatus vasibus hæsit.*

Neque alia fortasse origine est *tetrantorum*, quod dixit Vitruvius lib. 3. cap. ult. aut *olerorum*, quod Nonius ostendit illo Lucilii Sat. 15. * *Tintinnabulum abest hinc sirpiculæq; olerorum*, scilicet *hoc* ab *oler*, vel *olerus oleri*, *illud* à *tetrantum*, vel *tetrantus*, quos Nominativos cum omni cæterâ prosapiâ jam oblitteravit vetustas.

* *ita extat Vossius sed liber meus habet sirpiculaq;*

Præter Quinquatriis. ibid.

Sinè nemo (quod scimus) dixit *Quinquatriis*. Sed *Quinquatribus* apud Ciceronem lege, Epist. 25. lib. 12. & ad Atticum, Epist. 9. lib 9. Plaut. Milite, Hor. lib. 2. Epist. 2. Juvenal. Sat. 16, fefellit nonnullos, quòd, in quibusdam corruptis Ciceronis, & Suetonii exemplaribus, pro *Quinquatrus*

Cæcr. l. 2. fam. Ep. 11 ad Cælium Suet. de Aug. 70.

quatrus legitur *Quinquatriis*; nec quidem hæc vox in ullo casu sequi ur formam secundæ declinationis, sed tertiæ, & quartæ; nam *N. A. V.* plur. est *Quinquatria*, fem. et *Quinquatria*, neut. Gen. *Quinquatrium*. Dat. & Ab. *Quinquatribus*.

Quorum Accus. in im, iis. Abl. in i, &c. ibid.

Boëthius tamen lib. 3. Phil. Carm. 12. dixit, & *longe sitè perditus*. *Bætis* etiam, & *cannabis* faciunt Ablat. in e & i. Licèt in Accus. tantùm reperiuntur in *im*; à *Strigil* sive *strigilis*, Accus. *Strigilem*, & *Strigilim*, invenitur tantùm *strigili*: & à *canalis canalem*, non Ablativus al us, quam *canali*.

Adjectiva quæ in is, er, & e, &c. Abl. in i. ibid.

Intelligenda est regula de Adjectivis duarum, vel trium terminationum, qualia sunt, *mollis*, & *molle*; *acer*, *acris* & *acre*; quorum neutrum perpetuò desinit in *e*, non dem quorum una terminatio est omnium generum; ut *tricuspis*, Ovid Met. 1. *nostió*; *tricusp de telo*.

Memor tamen, & *immemor* faciunt Ablativum in *i* tantùm, quia recto olim *memoris*, & *memore*; *immemoris*, & *immemore*, dicebantur.

Quædam etiam sunt Adjectiva in *is*, quæ plerumq; substantivè usurpata, in Ablat. tam in *e*, quam *i*, desinunt; qualia sunt, *Affinis*, *annalis*, *ædilis*, *birèmis*, *contubernalis*, *familiaris*, *rivalis*, *sodalis*, *trivemis*: Item *natalis*, *patruelis*, *popularis*, *voluceris*.

Licèt poetæ interdum aliter loqui solent. ibid.

Imò & Oratores etiam, Cicer. lib. 2 de glor. *Quo stante & incolume*: & de Jure civili, *Aliquo excellente ac nobile viro*. Nepos l. 2. exemplorum, *A virgine vestali*, Sallust. 1. Hist. Abl. ait *agreste*.

Præter

Præter pauper, degener, uber. ibid.

Degener, & *uber* male excipiuntur, cum dixit Curtius lib. 4. *uberi & pingui solo:* Senec. Herc. Fur. *Et omne quicquid uberi cingit solo;* & Lucan. lib. 4. *Si me degeneri stravissent ictus sub hasta.*

Par adject. potius *pari* facit. Substanti verò pro *Socio*, vel *socia*, *pare*. Composita *ejus* utramq; habent terminationem; Sed usitatius claudunt Ablativum in *i*, nec minus obscura, quando olim in *is* desinebat. Attamen in Solone apud Priscian. in 7. *Ad hanc fortunam accessit ei fortuna amicis.*

Comparativa etiam bifariàm faciunt Ablativum. ibid.

Quid mirum? cum olim erant unius terminationis, & omnium generum; ut nonnullis exemplis supra docuimus, ad Rei. *Adjectiva unam duntaxat*, &c. quibus accedit istud Claudii in 8. Annal. *Qui prior bellum, quod cum his gestum erat, meminissent.* Et rursus ibidem, *ubi decreverunt, commemorant Graccho fœdus prior Pompeianum non esse servatum*; quibus locis *prior* est neutrius generis.

Ablativo Cive vel Civi. ibid.

Quibus accedunt *affinitas, classis, collis, finis, fursur, fustis, imber, labes, lapis, mel, messis, mons, mugil, nasus, occiput, orbis, ovis, pars, postis, rus, seges, sordes, vas, stirpis*, quæ quidem in *e* communiter exeunt, sed apud vett. reperiuntur etiam in *i*; sic à *lux, tempus, vesper*, in Abl. *tempori, luci, vesperi*, quæ vulgò adverbia habentur.

Ad eundem modum Abl. formant, quorum Accus. per im & em finiunt. ibid.

Tutiùs verò *strigili* per *i*, & *reste* per *e* usurpatur.

Et verbalia in trix. ibid.

Scilicet cum Adjectiva sint, nam Substantivè accepta magis amant *e*; ut *nutrix*, Abl. *nutrice*.

Nom.

Nom. plur. in Masculinis, & Femininis, claudituri[n] quandoque, ut vult Priscianus, etiam in *eis* & *is*; primùm in illis, quæ Græcis in *eis*, & *is*, contrahuntur ut *Syrteis*, vel *Syrtis*; *Tralleis*, vel *Trallis*; *Sardeis*, *Sardis*; *Alpeis*, vel *Alpis*; quæ tamen sæpius reperiu[n]tur *es*; præter *Sardis*, & *Trallis*, quæ magis amant Græcam terminationem in *is*. Horat. Epist. lib 1. *Quid Cræsi regnum Sardis?* Solin. cap. 7. *Cùm victor Cyrus intrasset Oppidum Sardis*, sed hic *Sardis* est Accusativi casus, cujus in hujusmodi vocibus, eadem ratio.

Nec in hujusmodi solùm hoc locum habet, sed etiam in penitùs Latinis, de quo Autor nobis Varro, in 7. de L. L. *Nam sine, inquit, reprehensione vulgò alii dicunt in singulari, hic avi, & ovi; alii hac ove & ave*; in multitudinis *hæ pupeis, restеis*; *& hæ puppes, restes.*

Aplustra. [pag. 25.]

Male hic excipitur *Aplustra*, cùm fit à singul. *Aplustrum.*

Excipias potiùs *gausapa*, nam hoc est à sing *gausape*, non *gausapum*, quod nemo dixit, præter unum Cassium; *vetera* etiam est à *vetus*, non *veteria.*

Bicorpora, *tricorpora*, & similia, quæ hinc etiam excipiunt nonnulli, sunt à sing. *bicorporus*, *tricorporus*; non *bicorpor*, *tricorpor.*

Vigilum. ibid.

Mavult Vossius *vigilum* dici in plur. quoties Adjectivè usurpatur, quod nonnullibi ita exit, etiam substantivè acceptum. Sed absolute dixit Maro Æneid. 9. *vigilum excubiis*, & Horat. Carmin. 3. Od. 16. cum suppositio, *vigilum canum.*

Addas *mugilum*, *segetum*, *uberum*, *puberum*, *impuberum*, *degenerum*, *congenerum*, *compotum*, *impotum*, *bicorporum*, *tricorporum*, *opificum*, *carnificum*, &c. à *facio.*

Sunt

Sunt & quæ Sync. admittunt, ut sapientûm, &c. ibid.
Sic *cadentûm*, *faventûm*, & multa istiusmodi; sed nec
ticipia solùm, nam Statius 3 Thebaid. dixit, *sontûm* pro
tium, Virg. 7. Æneid. *Cœlestûm* pro *Cœlestium*: Georg. 1.
restûm pro *Agrestium*.

Rara hæc Syncope in neutris in *e*, qualis *marûm* pro *ma-*
ia apud Nævium in bello Punico; quæ durior est, neq;
am unquam ita quisquam dixerit Orator.

Sed nec minùs insolens Syncope in plerisque Adjectivis
um generum sub unâ terminatione, nec enim, quia di-
ut atroce, & *atroci*, cò etiam *atrocûm*, & *felicûm*, legas;
non diffi cor *locupletûm* dici, & *locupletium*.

Quando N. S. duabus consonantibus finiuntur, &c. ibid.
Accommodanda est hæc regula iis duntaxat, quæ *duabus*
sonantibus claudunturr, non etiam iis, quæ in *duplice*
eunt; nam terminata in *x* ferè faciunt Gen. plur. in *um*;
filicum, *silicum*, *judicum*, *senum*, *cicatricum*, *meretricum*,
radicum, in ò & *cervicum*; etiam
llio autore, licèt pro *cervicium* con-
dit Charisius.

[1] *Varro autem in* 1. & 3. *habet* radicium.

Fornax habet *Fornacum* & *Fornacium*; utrumque enim
urpat Plin. alterum lib. 34. c. 10. alterum 35. 14.

Excipias etiam inde *consortum*, *mancipum*, *parentum*;
Græca omnia, ut *Arabum*, *Æthiopum*, *Cyclopum*, *Chaly-*
um, *gryphum*, *lyncum*, *sphyngum*, *phalangum*, &c. quippe
uòd Græcè in ων exeunt.

Apum. ibid.

Sed legitur & *apium*, Juven. Sat. 13. Ovid. Met. 15.

Crebra hujusmodi est Syncope, viz. *mensûm* pro *men-*
sium; *cladûm* pro *cladium*; *cædûm* pro *cædium*; *sedûm*
sedium, &c. à *volucris* etiam est *volucrum*, & *volu-*
rium.

As format Assium, &c. ibid.

Omittuntur hic polysyllaba in *as*, quorum Gen. plur.
etiam

etiam exit in *ium*, ut *utilitatium*, *civitatium*, *hæreditatium*, *ætatium*, *calamitatium*, *affinitatium*, *facultatium*, quæ multis exemplis probavit Voſſius è Livio, Juſtino, & aliis.

Invenias tamen nonnulla in *ium* aliquando prolata, quæ vulgò in *um* deſinunt; qualia ſunt *extiſpicium*, *meretricium*, *radicium*, *hominium*, *ſervitutium*, *compedium*, *judicium*, *hoſpitium*, *principium*, *paludium*, *virtutium*.

Mus, Murium. ibid.

Cicero tamen, teſte Chariſio, in 2 de Nat. Deor. ſcribit *murum*, *& formicarum cauſſa*. Sed is ſolus ita locutus videtur, & fortaſſe ſemel duntaxat.

Sic *frex*, *crux*, *bes*, *lis*, *glis*, (pro quo nonnulli mutant *gliris* in Nominat.) *dis*, *vis*, *cos*, *dos*, *lar*, habent *ium* in Gen. & ſi neceſſitas juſſerit, *orium* dixero potius quam *os*, quam *orum*.

Sed *as*, *pes*, *fur*, *ren*, *nix*, *rex*, *lex*, *grex*, *mos*, *fraus*, *vox*, *crus*, *jus*, *thus*, *ſus*, *grus*, *Thrax*, & cætera Græca monoſyllaba, in *um*.

Sic *fraus*, etiam & *laus*, licèt Appulcius dixit *fraudium*, & Apollinaris *laudium*.

Alituum, &c. ibid.

Sic *cælituum* à *cælites*, nempe ἀφ' ἑκατέρων pro *alitium*, & *cælitium*; nam ſolebant vett. ſæpenume ò *i* mutare in *u*. Vide quæ diximus de commutatione vocalium.

Bobus vel bubus. ibid.

Scilicet per contraſin ex *bovibus*; nam aliter princeps ſyllaba corriperetur; ut in *ſubus*, apud Lucretium, & alios, facto per Syncopen à *ſuibus*, quod integrè dixit Cicero 5. de Fin. Dativus enim & Ablativus regulariter deſinunt in *ibus*, ut *ovibus*, *navibus*, licèt apud Vett. aliquando efferuntur in *ibos*; ut *navibos*, pro *navibus*.

——*Accuſativus*

——*Accuſativum formant per es, & eis.* ibid.

Quæ tamen non ſemper ſcribi ſolent per *ei* diphthongum, ſed nonnunquam per *i* longùm, ut in *Sardis*, & *Trallis*, nec non & *vis* plur. pro *vires*, quòd nonnullibi reperias.

Indiffe enter *treis* & *tris*; *urbeis* & *urbis*, dicuntur; tempe propter ſonum, vel planè, vel propè, eundem.

Sed nec in his ſolùm, quorum Genit. plur. deſinunt in *um*, ſed in nonnullis aliis, quæ *um impuro* claudunturi, Accuſ. plur. olim exibat in *eis* vel *is*, nam pridem inventa ſunt *ferocioreis*, *faciliореis*, *ſanctioreis*, docuit nos Charisius ex Plinio, & Stilone: Veteribus ſcilicet in his terminationibus, ſolùm jucunditatem ſoni attendentibus. Vide Gellii lib. 13. cap. 19. Sed hæc tamdiù apud veteres ſæculi autores, nam hodiè Accuſativos non aliter, quam per *es*, ferimus.

Quando juncta morem linguæ ſuæ variantur. ibid.

Quod non ſemper accidit, nonnunquam enim invenias Gen. in *is*. Accuſ. in *em*. nec ſolùm apud Oratores, qui Latinum flexùm magis amant, ſed etiam apud Poetas, nam labes Virg. Eglog. 3. *Daphnidis arcum*, & apud eundem Æneid. 5. *ſolus qui Paridem ſuctus contendere contra.*

Pan vero Græcam formam tantùm ſequitur, ut *Proprium*, ſilicet, à *Communi* facilè ùs diſtingueretur.

Poëſis præter *poëſios*, & *poëſeos*, quæ Græca ſunt, habet *poëſis* in Genit. ſic *ellipſis*, *emphaſis*, *phraſis*, *metamorphoſis*, & alia.

Paraſyllabicè etiam *Serapis*, & *Iſis*, Varro, Tullius, & Cincius; inflexerunt (Soſipatro teſte) & dixit Plaut. Epid. Act. 1. Sc. 1. *Tum ille prognatus Theti*, pro *Thetide*, quòd forſitan non in animo habuit clariſſimus Voſſius, cum vitio dedicapidiſſimo Eraſmo, quòd de *climati* Ægyptiâ, pro *climatide*, ſc. ipſerit.

A *Chremes* etiam eſt *Chremetis*, & *Chremis*.

Minos, & ſimilia, quæ in Gignendi caſu Græcè per *os* deſinunt, Latinè habent *oïs*, ut in *Cirt*; —— *Minois amoris.*

moris. Salluſtius tamen more Latino, quinto Hiſtor. *Mo-nonis* formant.

Achilles, *Ulyſſes*, & multa alia, quæ inter Heteroclita ad Regul. *Hæc ſimul & quarti*, &c. annumerata inveniesſi ciunt Gen. non ſolum in *is*, ſed etiam in *ei* vel *i*, ut Nom. *Achilles* Gen. *Achillis*, *Achillei*, & per contractionem, *Achillei*, & *Achilli*.

Monoceros, & *Rhinoceros*, Græca compoſita ex κέρας cornu, formant Gen. in *otis*; cùm nihilominùs *Ægoceros* vox eâdem origine, habet Gen. in *i*, ad formam ſecundæ Latinorum. Vide quæ diximus in ſecundâ ſpeciali regulâ, Græca in *os*.

A Græcis quoque accepimus Genitivos in *antis*, à re-ētis in *as*; ut *adamantis*, *gigantis*, & propria *Atlantis*, *Chalchantis*, *Pallantis*, *Evantis*.

Et in *entis*, à Nominativis in *is*, vel *eis*, ut *Simoëntis*, *Pyroëntis*, ſic *Amathus Amathuntis*, *Opus Opuntis*, quæ Græci dicunt Ἀμαθοῦς Ἀμαθοῦντος, Ἀμαθόεις Ἀμαθόεντος; Ὀπόεις ὄεντος, Ὀπόεις ὄεντος.

Nonnulla, cum ſint quintæ flexionis apud Græcos, ideóque per Analogiam, quam plerumque ſervant Latini, ſic etiam apud *eos* tertiæ, amant tamen magis formam ſecundæ; ſic guntur enim *erebus bi*, *cetus ti*, *pelagus pelagi*, quamvis Græcè dicitur τὸ ἔρεβος, Gen. τοῦ ἐρέβεος, &c. Et ſi neceſſe eſſet uti *chaos* in Genit. mallem dicere *chai* quam *chaeis*, *chaeos* vel *chaûs*, quia apud Ovid. invenio in Ab-lat. *Chao*; Met. 13. et Virg. Geor. 4. hujus etiam ſortis *Ægoceros ri*, ſupra notatum.

Is tamen, & ys, per os purum declinata in Gen. Accuſ. faciunt, s Nominat. mutatâ in n.

Valet hæc regula præſertim in nominibus in ys (ſive ſint barytona, ſive oxytona) per *os purum* declinatis, quæ neſcio an unquam aliter faciunt Accuſ. quam in *n*, ſcilicet

* Ciceronis eſſe, *Cræſus* Halym *penetrans, magnam pervertit opum vim.* Sed in anti-

lib. 2. de Divin.

iſſimâ omnium Ciceronis editione invenitur *Halyn.*

A nominibus verò in *is* purè declinatis, indifferens eſt ùm formas Accuſ. per *n*, vel *m*; leguntur enim *Charyb-n*, & *im*; *Syrtin*, & *im*; *magudarin*, & *im*; *poeſin*, & *im*; *naſin*, & *im*.

Sed hoc tantum ubi voces ſunt Græcâ origine, nam ſi atinâ ſint, taciunt Accuſ. in *im* tantùm: nec imitandus ertialis, qui à *Bætis* (nomine purè Latino) flexit *Bætin* Accuſativo, lib. 9. Epig. 62. *Quâ dives placidum Corduba Bætin amat*; cum dixiſſe opportuerit (niſi metri ratio epugnâſſet) *Bætim*.

Imò à Græcis maſculinis in *is*, quamvis *impurè* declinatis, difficulter invenias Accuſativos in *a*, aliquando verò *em*, ut apud Maronem in quinto Æneid. & Juven. Sat. *Paridem*; apud Perſium Sat. 1. *Eupolidem*. Sed frequentiùs in *in*, vel *im*; ut *Adonin*, vel *Adonim*; *Daphnin*, vel *Daphim*; *Mœrin*, vel *Mœrim*; idq; ad Græcorum imitationem, qui ſæpiùs dicunt Ἀδωνιν, quàm Ἀδωνιδα, &c.

Paris Paridos, & *Parios*, &c. ibid.

Sic *Iris*, Gen. *Iridos*, & *Irios*; Accuſ. *Irida*, & *Irin*; *Tigris*, Gen. *Tigridos*, & *Tigrios*; Accuſ. *Tigrida*, & *Tigrin*; & (ſi Latino more varias) *Tigridem*, & *Tigrim*.

Quam regulam ſequuntur etiam Barytona in *is*, & *ys*, non purè declinata; ut Μαιῶτις, Μαιώτιδα, & Μαιῶτην *Maotis*, *Mœotida*, & *Mœotidem*, *Mœotin*, & *Mœotim*.

Sed aliter eſt in Oxytonis, ut Nom. Λαΐς, Gen. Λαΐδος, Λαΐδα; *Lais*, *Laidos*, *Laida*, vel *Laidem*; non *Lain*, ut *Lam*.

Fem. in o, G. in ûs, Accuſ. in ô, ut Sappho, Gen. ûs, Accuſ. o. ibid.

Sic *Calypſo*, *Io*, *Cotytto*, *Erato*, *Themiſto*, &c. quanquam ut qui efferre malunt Gen. in *ôs* ut *Mantôs*, *Didôs*. Pho-ne inflectit ſine contractione, *Dido*, *Didois*, *Didoi*, *Dido-n*, *Didoe*.

Usitatiùs tamen hujusmodi nomina Latinorum more inflectuntur, *Dido*, *Didonis*, *onī*, *onem*, *one*, ut docet Priscianus lib. 6. autoritate *Accij*, *Pacuvij*, *Plauti*, & *Livij*.

Imò in Dat. & Ablat. cogimur uti *Didoni*, & *Didone* nisi Phocam, qui solus est, sequi malumus.

In Accus. verò præter *Didō*, & *Didonem*, legitur *Didim* (teste Charisio) vel ut alii volunt *Didím*, (quod dixit Vossius in quibusdam Maronis editionibus inveniſſe) sed prius magis arridet; quod *Iones* Ac. quartæ contractorum per *ων* efferre solent, nempe Διδῶν, pro τὼ Διδὼ, Διδὼ.

Vocat. Nom. magnâ ex parte similis est, &c. ibid.

Imò nonnunquam quamvis apud Græcos dissimilis sit; nam *Dido*, *Sappho*, & cætera, faciunt Vocativum in *o*, quamvis Græcè desinit in *οῖ*.

A nonnullis tamen abjicitur S. ibid.

Sic Vocat. *Mœri*, *Daphni*, *Iri*, *Pari*, *Tyndari*, *Simili*, *Melampu*, etiam & *Oedipu*, quamvis simplex sit ὦ τοῦς.

Quæ in duplicem habent Vocat. alterum similem Nominat. alterum abjecto *s*. Legas enim *Thais*, & *Thai*; *Chremes*, & *Chreme*; *Socrates*, & *Socrate*; *Ulysses*, & *Ulysse*; licèt id neget Stephanus, & probat tantùm *Ulisse*; sed & alterum usurpavit vetus Poeta apud Cicer. 3. de Orat. *Vive Ulysses dum licet*: sic *Hercules*, & *Hercule*, unde adverbium *hercle*.

Sed hæc tria *Achille*, *Ulysse*, & *Hercule*, non fieri videntur à Nominat. abjecto *s*, (sic enim longa esset, cum Nominativi apud Græcos desinant in *ης* per *η* non *ε*) sed per Apocopen ex *Achilles*, *Ulysses*, *Hercules*, à Nom. in *eus*; nam in his e finalis brevis est. Propert. lib. 4. eleg. ult. *Quique tuas proavas fregit Achille domus*; neque scio quibus autoribus ductus producit Stephanus.

Ablat. plerumq. desinit in *e*; sed quæ Gen. flexa per *os* purum in Accus. exeunt in *im*, vel *in*, ea Ablat. mittunt in *i*, ut, *Neapolis*, *Neapolios*, Ablativo *Neapoli*.

Si duplicem habent Genitivum, alterum in *os* purum, alterum in *os* non purum, duplicem quoque faciunt Ablativum

terum in *e*, alterum in *i*, ut Nom. *Iris*; Gen. *Iridos*, & *ios*; Abl. *Iride*, & *Iri*.

Si tantum per *os* impurum declinantur, quamvis Accuſ. finat in *im*, vel *in*, Abl. formant in *e* tantùm, ut *Daphis*, *Daphnidos*; Accuſ. *Daphnin*, vel *Daphnim*; Abl. *aphnide* non *Daphni*; quòd non intelligendum ubi pariabicè etiam inflectuntur; nam à Nom. *Thetis*; Gen. *Thetos*; Ablat. eſt *Theti*; ut ſupra notavimus.

A Græcis in *ys* duplex etiam eſt Ablativus, ut Nom. *apys*, Abl. *Capye*, & *Capy*; Nom. *Atys*, Abl. *Atye*, & *y*; ſed *ille* regulariter, *hic* per Apocopen.

Nominativus, & Vocativus pluralis, tam in Græcis, uàm Latinis nominibus, ſi maſculina, vel feminina ſint, finunt in *es*, ſi neutra in *a*.

In reliquis verò caſibus reperiuntur nonnunquàm terminationes Græcis propriæ. Nempe *ôn* in Gen. ut *hebdomas*, apud Nonium; *Epigrammaiôn*, apud Martialem; *etamorphoſcôn*, *hereſcôn*, & ſimilia.

Sin in Dat. & Abl. ut *Dryaſin*, *Hamadryaſin*, *Thymaſin*, ibus uſus eſt Propertius, *Etheſin*, apud Varrónem; *themaſin*, apud Plinium; in quibus vix locum habet flexio ticina.

Turpilius verò cum fabulæ ſuæ nomen fecerit *Βοηθοῦντες* onius citat hunc Poetam in *Boethuntibus*, pro *Boethúſi* vel *ethúſin*.

In Accuſ. *as*, ut *Cyclopas*, *Cycladas*, *Æthiopas*, *Phenicas*, *rabas*, &c. quibus utuntur & Poetæ, & Oratores.

A nominibus in *ys* per *os purum* variatis, Accuſ. Pl. interum contrahitur in *ys*; dixit enim Senec. in Oedipo, *Erynys pronubas*, pro *Erynnyas*.

Sed monendi ſunt pueri, ut in *πλοκολογίᾳ* tam ſingulari, uàmplurali numero, præferant Latinum variandi morem, in carminibus verò nil prohibet, quin Græcum ſeuantur.

Quarta Declinatio.

Anuis. [pag. 27.]

Ad cujus formam reperias etiam *rituis*, *partuis*, *senatuis*, *fructuis*, *domuis*, *quæsluis*, *gradus*, *fluctuis*.

Tumulti, *Ornati*. ibid.

Cujus sortis etiam occurrunt, *geli*, *quæli*, *victi*, *senati*, *sumpti*, *exerciti*, *adspecti*, *luctli*, *salti*, *parti*, *miti*, *flucti*, *piscati*, *strepiti*, *porti*.

A quo Archaismo nec abstinuit ipse Cicero, si credam Sosipatro, aut Masalpinæ: quorum alter eum Divinat. Verrem dixisse *beneficio Senati*; alter in secundâ Epistolâ ad Brutum, *Senati ducem* scripsisse affirmat.

Augustus Cæsar in literis suis pro *domûs*, *domos* semper dicere solebat. Vid. Suet. de vitâ ejus cap. 87.

Dat. ui, & interdum etiam u. ibid.

Nempe *i* finali elisâ per Apocopen, quòd liquet etiam ex *metu*, *victu*, *anu*, *exercitu*, *cursu*, *senatu*, *adspectu*, *diminatu*, *luxu*, *cruciatu*, *fructu*, quorum multa apud Poetas invenias, sed apud Oratores etiam nonnulla. Vide Agell. lib. 4. cap. 16. Prisciam. lib. 7. & Nonium Marcellum.

Currûm pro Curruum. ibid.

Ita Virg. Æneid. 6. *nurûm* dixit pro *nuruum*. Mart. lib. 2. Ep. 5. *passûm* pro *passuum*, sive per Syncopen, sive Systolen.

Hæc Dat. & Abl. plur. in ubus. ibid.

Sic à N. & A. *pecua*, Gen. *pecuum*, D. & A. *pecubus*, non *pecibus*.

Nonnulla tamen horum, quæ hic annumerata sunt, quibusdam saltem Editionibus inveniuntur exire in *ibus*, ut *artibus*, *portibus*, *veribus*.

Cæ-

Cætera omnia in ibus. ibid.

Non omnia, legas enim indifferenter *queſtibus*, & *queſtuus*, *genibus*, & *genubus*, neq; utrum rectiùs, aut Grammatici, aut MSS. veteres determinant.

Sed non pollumus hic celare Lectorem, quòd opinati sint Grammatici nonnulli hanc declinationem non novam esse, ſed ἀναμαλίαν quandam tertiæ, ex Craſi, Syncope, & Apocope, provenientem; ut N. *fructus*, G. *fructuis*, per craſin *fructûs*, D. *fructui*, per apocopen *fructu*, Ac. *fructuem*, per Syncopen *fructum*, Voc. *fructus*, Abl. *fructue*, per apoc. *fructu*. Plur. N. A. V. *fructues*, *fructûs*, Gen. *fructuum* ἀνάλογως, Dat. & Abl. *fructuibus*, & per Syncop. *fructibus*.

Atque propter hanc craſin forſaſſe eſt quòd *us* in G. ſing. & N. & A. plur. producitur; cum in N. & V. ſingulari, ubi nulla eſt contractio, ſemper corripiatur.

Quinta Declinatio.

Plebes plebei. ibid.

Sic olim *quies quiei*, *fames famei.*

Gen. hujus declinationis olim etiam in es, *lj*, *e*, &c. ibid.

Determinatione in *es*, præter exemplum hoc, *Equites verò faturos*, &c. quod citat Agellius lib. 9. c. 14. è Cicerone in Orat. pro Sextio, habes aliud apud Lucret. lib. 4. Et *ſtimuli ſubſunt, qui inſtigant lædere idipſum, quodcunq; eſt rabies unde illæ germina ſurgunt*, ubi *illæ rabies* eſt pro *illius rabiei.*

In *ij*, ex *iei*, à Nominibus in *ies*, facilis erat mutatio; nec caret exemplis; nam dixit Cicer. pro Roſcio *pernicij cauſſa*, & in Lælio, *contentione luxurij*, vid. Agell. locum ſupra citatum.

Sin Nominativus exit in *es impurum*, G. exit in *i* non *j*, ut Agell. ſupra citato loco ex Catone, *Pueri*, *atq; mulieres extrudebantur fami cauſſâ.*

Genitivi in *e* extant in veterum libris, sed præsertim in Sallustij primò Histor. *Dubitavit acie pars.* Item; *inde, nulla munitionis, aut requie morâ, processit ad oppidum.* Videntur facti esse per apocopen τῆ *i*, quæ locum etiam habet in Dativo; nam Horatij est lib. 1. Sat. 3. *prodiderit commissa fide*, pro *fidei*.

Si credamus Sosipatro, & Diomedi; olim G. P. exibat in *eum*, ut *specieum*, *materieum*, extruso *r*, pro *specierum* &c.

De nominibus Heteroclitis.

Variantia genus. [Pag. 28.]

Hæc genus & partim, &c.——

Pergamus——*Pergama gignit.*

Sic *carbasus* plur. *carbasa*; *Hierosolyma* fem. in singul. plur. *Hierosolyma* neut.

Seneca autem habet *Pergamum* in singulari, ut *Pergamum omne Dorica cecidit face.* Agamem. v. 415.

Dat prior his numerus, &c. ibid.

Rastrum——*Cœlum*——

Olim etiam erat *raster*, olim *cœlus*, è quibus *rastri*, *cœli* in Plurali. Est & aliud *cœlum*, viz. quod *scalprum* Latomi significat, sed hoc integrum.

Nundinuum, & hinc *epulum*,——*balneum.* ibid.

Reperitur etiam *epula* in sing. apud vett. *Balnea* etiam habet Horat. in Art. Poet.

Verùm notandum est *balneum* de privatis dici, *balnea* de publicis, ubi feminæ in locis seorsim à viris lavabantur. Et pro *balneum* aliquando scribi *balineum*.

Hæc maribus dantur sing. plur. neutris. Menalus, &c. ibid.

Sic *Pangæus* sing. plur. *Pangæa.*

At numerus genus, &c. ibid.

Sibilus——*locus.*

Sibilus propriè est Adject. unde Maro in *Sibila ora*, & *Sibila tolla* (i. e.) *Sibilantia*, Æneid. 2. Georg. 3. *Loca* autem in plur. est à vett. Nominat. s. *locum*.

Aptôta.

Quæ nullum variant casum, &c. ibid.

Fas——*Nihil*——*Frugi.*

Fas, & *nefas*, olim flexibilia, Syncopationes scilicet *fatis*, & *nefatis*; ut videre est in vet. lapid. *libes* pro *libens*, &c.

Malè hic additur *nihil*, cum sit per Apocopen pro *nihilum*, cujus Gen. *nihili*, Dat. & Abl. *nihilo*.

Malè etiam annumeratur *Frugi*, cum sit Dat. ab antiquo *frux*; nam cum legitur *homo frugi*, subintelligitur *Idoneus*, vel aliquid tale: vel si mavis, est *frugi* pro *frugis* more antiquo, quæ in patrio casu dixerunt itidem *Herculi*, *Thesaurocli*, *fami*, &c. plur. integrum.

Addas *Pondo* (quòd sing. *pondus* significat, plur. *libræ*) *aquam* in utroque numero, *totidem*, *quotquot*, *aliquot*, *quotcunque*, *grates* plur. tantum; *sinapi*, *melos*, *veru*, *cepe*, & *mane* sing. & *pecua*, *ossua*, *cete*, & *mele*, plurale, *astu* cum *urbem* significat, *mille* Adjectivum. Nomina Literarum *Alpha*, *beta*, &c.

Item quæ ex Hebræis & Barbaris excepta, ut *Noe*, *Cham*, *Phut*, *gru*, &c. Etiam quævis vox πτωτικῶς, sive materialiter, sumpta; item *Necesse*, & *Necessum*; *volupe*, & *volupium*; & *sexus*, sive *secus*, apud vett.

Sciendum verò est harum aliquot in quibusdam tantùm casibus reperiri. Nam *fas*, *nefas*, *pecua*, *cete*, *melos*, *mele*, *tempe*, *astu*, *sexus*, solummodò in N. A. & V. legun-

Instar, *necesse* & *um*, *volupe* & *volupum*, duplaxat in N & A.

In *Mane* verò G. & D. solummodò desiderantur, nam in Abl. aliquando facit *mani*.

Monoptóta. [Pag. 29.]

Monendi hîc pueri, *noctu* (licèt videtur ortum à rei in *us*) esse feminini generis, dixit enim Macrobius lib. Saturn. *noctu concubia*; *qua noctu*.

Addas Gen. *dicis*, *hujusmodi*, *ejusmodi*, *istiusmodi*, *ejusmodi*, *cujusmodi* (i. e.) *cujusmodicunq*; & (quod usi pavit Festus) *alimodi*, pro *aliusmodi*; Accus. *incitas* fi *incita*; Abl. *ingratiis*; *ambage*, & *fauce*; sed hæ duæ ces sunt inter plurali.

Inter Monoptóta numerant nonnulli *damnas*, & *satias* sed hæc per Syncopen facta sunt ex *damnatus*, et *Satietas* quorum Genit. sunt *damnati*, & *satietatis*; sed reperiuntur in Lucretio obliqui etiam Syncopati *satiate* & *satiatum*.

Tutiùs annumeras *exspes*, quod non nobis occurrit ni in Nom. aut (qui idem est in hujusmodi nominibus) Vocar. item *vlos*, & *Jupiter*, nam Genit. *Jovis* est à Nom. *Jovis*, quod usurpabant veteres.

Alecto etiam vix reperias (si credamus Grammatici) extra unam terminationem.

Diptota. ibid.

Fors —— *Plus* —— *Vicem.*

Legitur etiam *forti fortunæ*, & *fortem fortunam*: Plu tetraptôton est, & soli desiderantur Dat. & Vocat. Vid quæ dicta sunt ad regulam. *Mascula sunt tantùm*, & Phoca ait *vicem* habere etiam Gen Charisius, Gen. & Dat. N. A. *tantundem*, Gen. *tantidem*, legitur & in fem. *tantandem*.

Adde hùc Dat. *ostentui*, *obtentui*, *irrisui*, *derisui*, *arbitratui*, *ludificatui*, *despicatui*, *frustratui*. Abl. *ostentu*, *irrisu*, *arbitratu*, &c. N. vel A. *Chaos*, Abl. *Chao*. N. vel A. *mille*, Abl. *milli*. N. *Siremps*, Abl. *Sirempse*. N. *dic*

, *dicam*, Plur. *dicas*. Gen. *Nauci*, Abl. *Nauco*. G. *Tabi*, Ab. *Tabo*; Ac. *cratem*, Abl. *crate*. Vocat. singul. *macte* pro *auctus*. (i. e.) *magis auctus esto*. plur. *mactí*. N. *vesper*, Ac *vesperum*, Abl. *vespero*, & *vespere*, vel *vesperi*.

Cunctos — quatuor hæc numero casus, &c. ibid.

Integra etiam in plurali sunt *mille*, & *cratem*.

Triptota. ibid.

Precis — Vis — Frugis.

Precis potiùs tetraptoton est, nam legitur & Dat. *preci*. Sic etiam *Jovis*, *proceris*, *precudis*; nam *pecus* in fem. dixit unus tantùm, & semel, Cæsar in Auguralibus.

Frugis est à Nominativo *frux*, ut *dapis* à *daps*, quæ ambo non uno loco leguntur apud veteres.

Vis in plurali *vires*, pro quo nonnunquam *vis* apud * Lucret. & Salluſt. Hiſtor. 3.*

Adde verò triptotis, G. *ſordis*, Ac. *ſordem*, Ab. *ſorde*, quod, ut cætera hic annumerata, interdum eſt in plurali.

* *lib. 2. apud Priſcian. in 6.*

Apluſtre, in N. & Ac. ſing. tantùm legitur, in plurali Nom. & Accuſ. *Apluſtra*, vel *Apluſtria*, Abl. *Apluſtris*.

Jecinoris, *ri*, *re*, *Itineris*, *ri*, *re*; ab obſoletis *jecinor*, & *itiner*, pro quibus nunc *jecur* & *iter*.

Pentaptota.

Quæ referunt ut qui, &c.

Et quæ diſtribuunt — & pronomina.

Inter hæc πολύπτωτα annumerat etiam Voſſius *Gerundia*, quæ *nomina* eſſe contendit, quibus ſolus Vocativus deeſt; nam terminatio *dum* eſt N. vel Accuſ. *di*, G. *do*, Dat. vel Abl.

Diſtributiva malè dicuntur Vocat. carere, cum dixit Terent. *Peperite aliquis oßium*; Virg. 1. Georg. *Diiq; Dcæq; omnes*.

Sed

Sed nec ſine Vocat. *pronomina*, Maro Æneid. 12. Eb *nunc ſol teſtis & hæc mihi terra precanti.* Tullius pro Fl co, *O nox illa quæ tenebras attuliſti.* Ovid. in Ibin. Ip *meas æther accipe ſumme preces.*

Propria cuncta notes, &c. ibid.

Sunt quædam urbium nomina propria utr ú'q; numeri ut *Thebe*, & *Thebæ*: *Cuma*, & *Cumæ*; *Cyrena*, & *Cyren Mycena*, & *Mycenæ*; *Venetia*, & *Venetiæ*, ſed hæc urb illa Regio.

Sunt etiam nonnulla, quæ tantùm pluralia ſunt, ut *Athen Philippi.*

Sciendum verò eſt, reverà *proprium* non eſſe, niſi quo *uni* tantùm convenit, ideò nihil vetat (cùm *plures* ſin eodem nomine) quò minùs dicantur, *Scipiones*, *Tulli Cornelij*, *Lentuli*, &c.

His frumenta dabis—herbas, uda, metalla. ibid.

Non omnia frumenta deſtituuntur plurali, nam *hord fabæ*, *piſæ*, *lupini*, leguntur.

Avenæ in plur. non frumenti aliquod genus ſignificat, ſe *ſegeris vitium*, quòd Græci ἀιζάλωτα vocant.

Herbæ etiam aliquot plurales ſunt; nam quis timet dice *cardnos*, *ulicas*, *malvas*, *cicutas*, *lactucas*, &c. nec ud univerſim carent plurali; nam *aquæ*, *undæ*, *vina*, legun tur pluraliter in omnibus caſibus; & *mella*, *muſſa*, *mulſ* & *defruta* in tribus ſimilibus.

Cera etiam eſt pluralis, & *pix*; *Idæaſq; pices*, *& pingu unguine ceras*, Maro lib. 3. Georg.

E *metallis* habent pluralem *orichalchum*, *ſtannum*, quod ejuſdem rationis eſt *electrum*, ſaltem in caſibus ſimi libus, ſed *æs* & utriuſq; numeri eſt, & omnium caſium.

Hordea, Farra, Forum, [Pag. 30.]

Reperitur etiam in Dat. *Foris*. Ovid Faſt. *Dic ubi temp foris junctia duobus habes.*

Rus malè his annumeratur à nonnullis, cum dixerit Plin. Epist. *fontibus, ruribus & agro.*

Hesperus & Vesper. ibid.

——*Sanguis*——.

Sanguis reperitur in plur. apud vulgat. interpret. *SS. libb.* aliter enim non potuisset reddere *vir sanguinum.* Addas his *cestus, jubar, meridies, muscus, sopor.*

Singula feminei generis. ibid.

Sic talio, &c.

Taliones & *talionum* est apud Agellium, *Tusses* apud Plin. qui etiam usurpat *bilis* in plur.

Fuga in plur. est apud Tacitum & Maronem; atq; apud Lucret. *quietes.*

Fit etiam Virgilius habet in plur. *Idæasq; spices,* Geor. lib. 3.

Sed tamen hæc Soboles, &c. ibid.

Invenias apud Colum. & Agell. *Sobolibus.*

Excipere res, species, &c. ibid.

Speciebus haud occurrit apud ullum idoneum Autorem, neq; *specierum* probat Tullius, licèt Cælius Aurelianus Tullio antiquior uti non dubitaverit.

Istis multa solent mulierbria nectere, &c.

Qualia sunt *galla,* gr. ἡ γαλή. *tabes, inertia, mœstitia, pestidia, pigritia, sanies, segnitia, socordia, vecordia, velocitas,* &c.

Nihilominùs verò, quæ his similia non refugerunt Autores, *impuritias, infamias, valetudines, duritias,* &c.

Nec licet his neutris, &c. ibid.

Sic barathrum, &c.

Barathrum propriè locus apud Athenienses, in quem noxij præcipitabantur.

Virus

—*Virus.*— ibid.

Cujus obliquos habet Lucretius *viri* et *viro*.

—*Haleci*— ibid.

Scilicet cùm neutrum sit, et *gari liquorem* significet, ut re liqua l quida plurali destituitur. *Haleci* verò fem. si quando occurrat pro *pisce* non negamus pluralem; at *solium* u surpavit Plinius in plur.

Adde his *callum*, gr. ὁ πῶλος, *cœlum* (nam plur. *cœli* à sing. *cœlus*,) *fascinum*, *pus*, *sal*, (neutrum scilicet nam masc. habet plur. etiam cùm *condimentum cibi* significet. Columel. *Carnem salubus aspersam*) *scrupulum*, *sesu* five *secus*, *siler*, *sinapi*, *siser*, (quando neutrum) *tal gus*.

Addunt etiam nonnulli *pelagus*; sed dixit Lucret. *pela geq*; *severa*.

Mascula sunt tantùm numero, &c. ibid.

Manes, *majores*, &c.

Manes naturâ Adject. est, et *bonos* notat; unde *immanis* imò et in singulari usurpat Appuleius.

Idem dicendum de *Majores*, quod habet etiam in singular. Autor noviſſimè laudatus, in Floridis, *major meus Socrates*.

Liberi est in sing. apud Quintilianum, et alios *Mensa* apud Plinium, cap. 28. lib. 17.

Lemurem legas in Appuleio, de Deo Socratis. *Penatum* Livii lib. 28. cujus Nominativus erat *penatis*, ut placet Priſciano, sed Dionyſ. H licarn. mavult *penas*.

Addas, ſi libet, *codicilli*, *fines* pro terminis agrorum, *furfures*, pro capitis vitio, *lendes* gr. κονίδες, triplici pro pugillaribus trium foliorum, de quibus Mart. lib. 7 Epiſt. 52.

Artus plerumq; plurale est, sed in sing. usus est Lucanus l. 6. v. 754.

Plures etiam huc referri potuit, niſi eſſet etiam feminini generis, nullum etenim genus habet ſingulari quod reſpondeat, nam *plus*, *pluris*, *pluri*, vel *plure*, apud Claſſicorum neminem, quod ſcimus, invenienda ſunt, niſi neutro genere, ideóq; nimis audet Rimicius qui in Fab. Æſopi, de Muliere et Gallinâ, ubi græcè eſt, ἡ δ' ὄφρις πιελὸς γέγονεν, non erubuit πεπαχύσθαι, *At Gallina pluri adipe pinguior facta.* Quod hic præteriiſſemus, niſi liber iſte, tritus quotidiè manibus puerorum, facilè in errorem eos duceret, *quibus*, ut Juvenali placet, *reverentia ſumma debetur.*

Hæc ſunt feminei generis, &c. ibid.

Inducias ſcriptores vett. nonnunquam ſingulari numero appellavêre.

Minæ ſcilicet pro *comminatione*; nam ſingulo *mina* dicitur, tùm *mamma* altera lacte deficiens; tum *ovis* glabro venere.

Nonæ naturâ Adject. et ſubintelligitur *dies*.

Tricæ, ſcilicet cùm τριχώματα ſignificant, nam *Trica*, numero ſingulo, eſt oppidum Apuliæ, unde *tricæ* deduxerunt nomen, ut et *apinæ*, quod tantùm etiam plurale eſt, ab oppido Apinâ.

In gloſſis Philoxeni eſt *cuna*, et *cunabulum* gr. βαλανεῖον, ſed putat Voſſius *cunæ* reſcribendum.

Inferiæ propriè Adject. et res ſubintelligitur, nam *vinum*, quod inferebatur ſacrificio, quoq; dicitur *inferium*.

Feriæ in ſing. uſurpatur ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus, ſed ab iis pietatem Chriſtianam diſcere eſt, non caſtimoniam veteris linguæ Romanæ.

Reperitur etiam *Thebe* in ſingulari.

Huc addas *caulæ*, gr. μαίδεγα, *eſquiliæ*, *falæ*, *fidiculæ* pro tormenti genere, *fruges* gr. καρποί. Nam cum dicimus *frugi*, vel *frugem*, in ſingul. eſt alius ſignificationis; *gerræ*, *literæ*, pro ſcientiâ, aut epiſtolâ, pro qua tamen uſurpatur à Poetis in ſingulari: Lutinæ (*i. e.*) ædes, vel officinæ, *opes* pro *divitijs*, nam pro *auxilio* eſt ſingulare.

Partes

Partes pro *factione*, sic et *primæ* et *secundæ* ubi subintelligitur *partes*, *quinquatrus*, *reliquiæ*, (sed hoc etiam videtur esse Adject. cum respectu ad *Partes*, et legitur apud Plaur. *reliquia*) Scopæ σάῤῥα, nam cùm est singulare, herbam denotat.

Falluntur illi qui huc adducunt *ædes* cum domus significat, nam significat idem etiam in sing. apud Plaur. Asin. Act 1. Sc. Unumquódque, &c. Agellij lib. 4. cap. 14. Curtij lib. 8.

Addas autem *clitellæ*, *virgiliæ*, etiam *bigæ*, et *quadrigæ*, quibus qui Ciceronis vixerunt ævo, in sing. numero non usi sunt uti, qui autem eos secuti sunt Autores, à *biga* et *quadriga* singularibus abstinere, nullam religionem habuere: nam Seneca in Hercule œteo dixit; *Lassa nostra levat ora biga*: neque is solus, sed et Papinius, Valer. Maximus, Suetonius, Plinius, et alij eodem modo locuti sunt.

Non libet hic cum nonnullis, adjungere *illecebræ*, quia Cicer. * non semel tantùm usus est *illecebra*, ut neq; *vindicia*, cum in 12 Tabb. legatur, *si quis vindiciam falsam tulit*; Et ita etiam locutus est Servius Sulpitius apud Festum.

* *In Orat. pro Milone & 2. contra Cat.*

———*Et nomina plura locorum.* [pag. 31.]

Qualia *Sardis*, *Tralles*, &c.

Rariùs hæc primo, &c. ibid.

Mapalia habet Valer. Flacc. lib. 11. in sing. Est et *castrum*, sed singulare est *urbs*.

In Glossis etiam Philoxeni reperitur *cunabulum*.

Addas *Adversaria* et *batualia*, quòd propriè Adject. (subintelligas enim *exercitia* vel *certamina*) *bona* gr. ὑπάρχοντα; *brevia* gr. βραχῶ; *cete*, (singulari quidem *cetus* est, sed inde *ceti*, plur.) *cibaria*, *comitia* pro *populi conventu* (pro *loco* enim *comitium* est in usu) *compita*, licèt antiquè dicebant *compitum*.

Frag-

Fraga etiam non occurrit, nisi in plurali, non tamen eò singulari privamus. *Gesa* rarò etiam singulare, usus tamen Festus, *pecua*, et *pecuda* tantum pluralia; forsan ab obsoletis singul. *pecu* et *pecude*; *Scruta* bis tantum primus in singulari.

Huc autem referas *lautia*, *magalia*, *multicia*, *nutricia*, quæ hæc duo prop. Adjectiva sunt, et tantum substantivè usita privantur sing. ut nonnulla etiam alia supra annumeravimus. *Pythia* itidem et *Olympia* sunt Adject. quibus respondent *certamina*.

Addas *orgia*; *Palavia*, verò et *Parentalia*, referuntur sua substantiva, illud ad *exercitamenta*, hoc ad *opera*.

Pluralia sunt *Paraphernа* (quæ uxor ad virum παρὰ φερνὴν (*i.e.* præter dotem affert) *præbia* sive *prohibia* (quo nomine appellantur *amoleta*, sive *remedia*, quæ fascinationes prohibent) *rapacia*, sive *rapicia*, *i. e.* cauliculi rapum, *nepotia* (*i.e.* ἃ τρίτη ἡμέρα γάμων ὑμέναιος· *triscurria*.

Vinacea verò est prop. Adject. et tantùm distituitur plur. quando pro στεμφύλοις, sive tolliculis uvæ, expresso vino, usurpatur.

Addendæ huc etiam sunt quædam *urbium* appellationes, *Susa*, *Artaxata*: *Insularum*, ut *Cythera*; *Regionum*, ut *Bactra*; *Montium*, ut *Acroceraunia*.

Bacchanalia et hujus vicinæ, *Terminalia*, *Floralia*, *Compitalia*, *Neptunalia*, &c. naturâ Adjectiva sunt, et referenda ad *festa*.

Redundantia.

Hæc quasi luxuriant, &c. ibid.

——— *& flexile cornum.*

Ita enim Priscianus citat istud Ovidii Met. 5. Fab. 6. *Aquoq; genu curvavit flexile cornum.* Sed in MSS. et vett. editio-

editionibus est *cornu*, non *cornum*; quod tamen etiam agnoscimus, licèt aliâ significatione, nam *cornum* est fructus *corni*.

tonitrus, tonitruq; ibid.

Addas etiam *tonitrum*. Reperias etiam *cepa* m. & *cepe* n. *gausapa* fem. et *gausape* neut. *tiaras* m. *tiara* f.

Nonnulla in *us*, et *a*; ut *araneus*, et *aranea*; *acinus* et *acina*, etiam et *acinum*; *baptismus*, et *baptisma*; *mercatus*, & *mercatura*; *nervus* et *nervia*; *syngraphus*, et *syngrapha*; *venatus*, et *venatura*; *usus*, et *usura*.

In *ar*, & *is*; ut *baccar* n. et *baccaris* f.

Quædam in *e*, et *is*; ut *rete*, et *retis*; *pane*, et *panis*; *præsepe*, et *præsepis*.

Sunt nunc finita in *en*, quæ olim etiam exierunt in *is*; ut *Pollen* neutrum, et *pollis*, *pollinis*, masc. *fulmen*, et *oscen* apud vett. erat *fulminis* et *oscinis*.

Et cont. à *sanguis* m. erat *hoc sanguen*, *strigilis* fem. olim erat *hoc Strigil*.

Invenias etiam *gummi*, et *gummis*.

Multa in *o*, et *um*: *adagio*, et *um*; *colluvio*, et *um*; *contagio*, et *contagium*; legitur et *contages*, *obsidio*, et *obsidium*.

Item in *io*, et *us*; ut *admonitio*, et *admonitus*; *auditus*; *cantio*, *us*; *concursio*, *us*; *consensio*, *us*; *contemptus*; *dominatio*, *us*; *famulatio*, *us*, *flectio*, *us*; *invectio*, *us*; *interitio*, *us*; *lusio*, *us*; *partio*, *us*; (sed legitur et *partitudo*) *piscatio*, et *us*; *potio*, et *us*; *reditio*, et *us*; *tactus*; *us*; *venatio*, et *us*; *usio* et *us*.

In *us*, et *um* quamplurima. *Absinthius*, et *Absinthium* (sed *hoc* usitatius, nec reperiendum *alterum*, nisi apud Vett.) *Anfractus*, et *um*; *angiportus*, et *um*; *antidotus* et *um*; *balteus*, *um*; *barbitus*, *um*; *buxus*, *um*; *camistrus*, *um*; *candelabrus*, (vel ut *Arnobio* placet *candelaber*) et *candelabrum*: sed *hoc* in usu, *illa* obsolera; *carius*, *um*; *capillus*, *um*; *caseus*, *um*; *census*, *um*; *cepotius*, *um*; *chirographus*, *um*; *cingulus*, *um*; est et *cimo*

(sed hæc cinguntur equi *illis* homines) *clivus*, *um*; *cœlum* nunc solùm in usu, sed olim & *cælus*; *collus*, *um*; *commentarius*, *um*; *compitus*, *um*; *corius*, *um*; *costus*, *um*; *crocus*, *um*; *cubitus*, *um*; *culeus*, *um*; *dorsus*, *um*; *effectus*, *um*; *emplastrus*, & *emplastrum*; (verùm Agellius lib. 16. cap. 7. non probat *emplastius*; licèt Græci utrumq; dixerint, ὁ ἔμπλαστος, & τὸ ἔμπλαστρον) *filus*, *um*; *fimus*, *um*; *fons*, *um*; *fretus*, *um*; *gladius*, *um*; *helleborus*, *um*; *hospus*, *um*; *intestinus*, *um*; *intubus*, *um*; *jugulus*, *um*; *lastus*, *um*; *lacertus*, *um*; *libus*, *um*; *locus*, olim *locum*; contrà apud vett. *lucrus*, quod nunc *lucrum*; *lutus*, *um*; *maximus*, *um*; *mundus*, *um*; *nardus*, *um*; *nasus*, *um*; *nucius*, *um*; *pagus*, *um*; *palatus*, *um*; *palus*, *um*; *pannus*, *um*; *papyrus*, *um*; *patibulus*, *um*; *pilcus*, *um*; *pistillus*, *um*; *pleus*, *um*; *reticulus*, *um*; *rictus*, *um*; *rogus*, *um*; *sagus*, *um*; *salus*, *um*; *scutus*, *um*; sed *salus*, & *schus*, tantùm apud veteres; *Sestertius*, *Sestertium*; sed *hæc* significatione literatunt, nam *Sestertius* valet 2 *asses* cum *semisse*, *Sestertium* verò duas *minas* cum *semisse*; *sibilus*, *um*; quod propr. Adject. etiam dixit Maro * *ora* & * *colla sibila* (i. e.) * 2 Æneid. * 2 Georg. *silautia*) *sparus* & *um* teli genus; nam piscis *autum sparus*) *spicus*, *a*, *um*; sed *spicum* tantùm singulari: *suggestus*, *um*; *supparus*, *um*; *symbolus*, *um*; *tirur* & fem. *symbola*; sic *syngraphus*, *a*, *um*; *textus*, *um*; *thesaurus*, *um*; *thymus*, *um*; *tribulus*, *um*; *vadus*, *um*; *ustus*, olim erat *uterum*; & *vultus*, *um*; & tamen nec hic nimia adduximus.

Multa in *a*, & *um*; ut *Acetabula*, *um*; *alimonia*, *um*; *angdala*, *um*; *arva*, *um*; *buccina*, *um*; *cæmenta*, *um*; *calamus*, *um*; *decipula*, *um*; & præter *delicium*, olim erat *deliciæ*; *fœnificia*, *um*; *fulmenta*, *um*; *ganea*, *um*; *horrea*, *um*; *labia*, *um*; *labrusca*, *um*; *lanicia*, *um*; *lintea*, *um*; *mandela*, *um*; *mandibula*, *um*; *manibula*, *um*; *margarita*, *um*; *mulctra*, *um*; *myrteta*, *um*; sed *myrtetum* usitatiùs; *palpa*, *um*; *palpebra*, *um*; *pistrina*, *um*; *postica*, *um*; *proscia*, *um*; sed & *prosicies*, & *prosiciæ*; *prostibula*, *um*; *rapa*, *um*; *rapa*, *um*; *seplasia*, *um*; *sesama*, *um*; *terricula*, *um*;

um; *testa*, *um*; *tribula*, *um*; *vertibula*, *um*; *vigilia*, *um*.

Quædam in *um*, & *es*; ut *contagium*, *contages*; *diluvium* & *diluvies*; *tabum* & *tabes*.

In *u*, & *us*; nam præter *genu*, & *genu*, videre est apud vett. *gelus*, & *genus*; & præter *artus* olim e at & *artu*.

Leguntur etiam *attagen*, & *attagena*; *lymfa*, & *lymfe*; *melos*, neut. & *melus* m. *pigror*, & *pigritia*; *quinquatrus* fem. & *quinquatria* neut. utrumque verò plur. (*Quinquatres* etiam est apud Priscian. lib. 7. & *Quinquatriæ* apud Diomedem; sed de his vide quæ diximus in tertiâ declinatione ad vocem *Quinquatrus*.) *squallor*, & *squallitudo*; *supellex*, & apud vett. *supellectile*, unde pl. *supellectilia*; *vultur*, & apud vett. *vulturus*.

Inter nomina urbium reperias *Epidaurus*, & *Epidaurum*; *Ilios*, & *Ilium*; *Saguntos*, & *Saguntum*; *Soracte*, & *Soracta*, &c.

Sed tibi præterea, &c. ibid.

—*Panther Panthera.*—

Sic *abfis*, & *abfida*; *chlamys*, & *chlamyda*; *fulix*, & *fulica*; *hebdomas*, & *hebdomada*; *lampas*, & *lampada*; *sirena*, & *sirena*; *vesper*, & *vespera*.

Vertitur his rectus, &c.

—*Pubes Puber.*—[pag. 32.]

Pubes propriè Adject. & satis notum, sed desideratur in nens Autor, qui *puber* utitur.

Quædam autem reperias in *es*, & *a*; ut *amicities*, *amicitia*; *blandities*, & *blanditia*; *canities*, & *canitia*; *delicies*, & *a*; *desidies*, & *a*; *effigies*, *a*; *luxuries*, *a*; *materies*, *a*; *minuties*, *a*; *notities*, *a*; *proficies*, *a*; *profectus*, *a*; *pueities*, *a*; *sævities*, *a*; *tristities*, & *tristitia*.

In *is*, & *a*; ut *buris*, & *buræ*; *us*, & *a*; *juventus*, *senectus*, *a*.

Lac apud vett. erat *lacta*.

Quædam in *al*, & *e*; ut *capital*, & *capitale*; *mineral* & *minervale*; *penetral*, & *penetrale*; *toral*, & *virginal*, & *virginale*; & similia.

Sic etiam *sal*, & *sale*; imo *sale* potius, quàm *sal*, dice-
e jubet Charisius, itaque apud Terentium Eunuch. Act. 3.
Sc. 1. legit Muretus, *qui habet sale, quod in te est.*

In *ar*, & *is*; ut *cappar*, & *capparis*.

In *ar*, & *e*; nam quæ nunc, *calcar*, *pugilar*, *torcular*;
lim erant *calcare*, *pugillare*, *torculare*, & contrà *boletare*,
at *boletar*.

Sic *altar*, *altare*; *exemplar*, *exemplare*; *lupanar*, & *lu-*
nare, &c. è quibus fluxerunt, *altarium*, *exemplarium*,
panarium, *torcularium*, ita legas *alvear*, *alvearе*, & *arium*;
bleare, & *cochlearium*; *milliare*, & *milliarium*; *pulvinar*,
pulvinarium.

Et procul dubio Gen. plur. in *orum*, ut *Agonaliorum*,
nclaviorum. *vectigaliorum*, *sponsaliorum*, & cætera ejus-
odi, sunt à Nominat. sing. in *ium* non in *e*.

Nonnulla in *o*, & *as*; ut *beatitudo*, & *beatitas*; *con-*
nnitudo, & *concinnitas*; *necessitudo*, & *necessitas*; *temeri-*
udo, *tas*; *teneritudo*, *tas*.

In *o*, & *es*; *alluvio*, *es*; *colluvio*, *es*; *proluvio*, *es*; *pro-*
go, *es*; *ambago*, *ambages*.

In *o*, & *is*; nam *caro* olim erat *carnis* in Nominar.

In *es*, & *us*; ut *palumbes*, & *palumbus*, unde fem. *palumba*.

In *o*, & *us*; ut *capo*, *us*; *gobio*, *us*; *lanio*, *us*; *ludio*,
dius; *pavo*, *us*.

In *o*, & *en*; ut *turbo*, & *turben*.

In *en*, & *um*; ut *gluten*, & *glutinum*; *documentum*, *mo-*
ntum, *monumentum*, olim erant *documen*, *momen*, *monu-*
n; & contra *sublimen* olim *sublimentum*; *carmen*, *car-*
ntum; unde *carmentæ* ai ἀοιδαὶ vel *Parcæ*, & *limen* o-
limentum; unde Deus *limentinus*.

In *or*, & *us*; ut *algor* & *algus*, à quo *algu* apud Plaut.
dent.

egas jecor, *jecur*, & *jecinur*; *juger* & *jugerum*; *famulus*,
n erat *famul*; & contra *puer* erat *puerus*: unde *puera*
& *vir*, *virus*, unde *vira* fem. apud Festum.

dent erat *mentis* in N. & *senex senicis*, unde *senecio*.

ddas etiam multa in *es*, & *is*: *adipes*, *is*; *canes*, *is*:

feles, *is*: *puppes*, *is*: *sepes*, *is*: *torques*, *is*: *valles*, *is*: *vehes*, *is*: sic *trabs*, & *trabis*: *mugil*, & *mugilis*.

Etiam *Ligur*, & *Ligus*: *Arabs*, & *Arabus*: *abax*, *abacus*: *cappadox*, *ocis*: *occiput*, & *occipitium*: *pecus*, *pecu*, à quo *pecua* in plur. ut *ossua* ab antiquo *ossu*.

Utrum *vepr*, *vepres*, an *vepris*, dicendum in Nom. dubitant Grammatici.

In propriis occurrunt *Anio* & *Anien*, quorum Genitiv. (utrique communis) *Anienis*: *Nerio*, *onis*: & *Nerien*, *enis*: *Antipho*, *onis*; & *Antiphon*, *ontis*; & similia. *Agamemno* & *Agamemnon*; *Cteſipho*, & *on*; *Simo*, & *on*: Gen. *onis*, &c. Item *Achilles*, & *Achilleus*; *Perſes*, & *Perſeus*; *Ulyſſes* & *eus*; *Æſchines*, & *Æſchinus*; *Androgeos*, G. *eo*: & *Androgeo*, G. *Androgeonis*; *Athos*, G. *o*: & *Atho*, G. *Athonis*.

Item *Calpe*, G. *es*: & *Calpis*, G. *is*: à quo Abl. correptus *Calpe relictâ*, Juven. Sat. 14. nam à *Calpe es* Grzc formâ eſſet longus.

Sed alia aliter mutant Græcam terminationem: nam *Lycambe* facta Latina eſt *Lycamba*; & *Penelope Penelopa*, *Tempe* jiuntur etiam *Delos*, & *us*; *Rhodos*, & *us*; *Iſmaros*, & *Iſmarus*; ſic *Ceſtos*, *Tenedos*, *Ægyptos*, quæ Latina in *us* quod & in Appellat. nonnunquam accidit: legas enim, *lotos*, & *lotus*; *ſcorpios*, & *ſcorpius*.

Sed præter hæc leguntur *Evander*, & *Evandrus*: *Leander*, *us*; *Iber*, *Iberus*; *Tymber*, *brus*, &c. *Titan*, *Titanus*; *Narbon*, et *Narbona*: *Cyrenæ*, *arum*: pl. *Cyrene*, *es* ſing. *Thebæ*, *arum*, et *Thebe*, *es*: *Arar*, et *Araris*: *Phorcys*, et *Phorcyn*, *ynis*.

Pollux contractum eſt ab antiquo *Polluces*, quo uſus Plaut. Bacchid. Act. 4. Sc. 8. Gr. Πολυδεύκης: ſic *Laurens* à *Laurentis*, *Tiburs* à *Tiburtis*.

Hæc ſimul & quarti, &c. ibid.

Laurus habet G. *ri*, et *rus*: Abl. *ro*, et *ru*: Nom. pl. *ri*, et *rus*; A. *ros*, et *rus*; cæteros caſus tantùm ſecundæ.

Quæ

Quercus G. *ci* et *cus* ; Plur. *corum* et *cuum* : cæteri casus quartæ.

Cælus G. *li*, et *lus* : Ab. *lo*. rarò *lu*. cæteri casus secundæ.

Pinus et *cornus* sequuntur quartam, potiùs quàm secundam. Virgilius tamen habet *Pinoſque loquentes*.

Domus G. *domi* **at home,** *domus* **of the house** D. *domui*. Acc. *domum*. V. *domus*. A. *domo*. Pl. N. *domi*. G. *domorum*, et *domuum*. Dat. *domibus*. Acc. *domos*, et *domus*. Voc. *domus*. Ab. *domibus* : juxta verſum à pueris cantatum.

Tolle *me, mi, mu, mis*, ſi declinare *domus* vis.

Plaut. tamen in Abl. dixit *domu*.

His quoque plura leges, &c. ibid.

Quæ ſunt *arcus, verſus, fagus, humus, lectus, pannus, ſenatus, ſomnus, ſonus, ſuccus, ſuſurrus, vulgus*, quorum *arcus, ſenatus*, et *verſus*, uſitatiùs ſunt quartæ, cætera ſecundæ.

Quædam etiam ſunt primæ et tertiæ declinationis, ut *Daves*, G. *æ*, et *etis*, ſive *etos*.

Sic *Æacides*, quod vul. ò facit Gen. in *æ*, habet etiam in *i*. Vide Sen. Troad. Sc. 1. et Vocat. in *e* et *es* : hoc tertiæ, illud primæ.

Sic *Oreſtes æ*, et *is* : *Thucidides æ*, et *is* : *Mithridates æ*, et *is* : Et par ratio eſt in *Orontes, Tigranes, Heraclides, Timarchides, Ætes, Herodes, Euripides*, quorum aliquor, ſcil. *Orontes, Thucidides*, et *Euripides* ſunt etiam ſecundæ, ut inf. à notatur.

Sic in nominibus fluviorum, *Euphrates, Ganges, æ*, et *is*.

Item *Diadema æ*, et *atis* : *ſacoma æ*, et *atis* : *Schema æ*, *atis* : *dogma æ*, et *atis* : ſed in his quatuor, prima declinatio eſt fem. gen. tertia neutrius.

Sed *paſcha, æ*, et *paſcha, atis*, eſt utrumque neutrum.

Nonnulla ſecundæ et tertiæ : ut *Iber, Iberi*, et *Iberis* : *Cancer, cancri*, et *canceris* : *Mulciber, bri*, vel *beri*, et *bris* :

bris: *glomus*, *i*, et *glomeris*: et si credamus nonnullis, à *gener*, *generi*, et *generis*: *vesper* habet in Acc. *vesperum*, in Ablat. *vespere*, et *vespero*.

Sic Nom. *Achilles*. Gen. *Achillis* et *Achillei*, et per contractionem *Achillei* vel *Achilli*. Dat. *Achilli*. Acc. *Achillem*. Voc. et Abl. *Achille*, ubi *e* semper breve est.

Eodem prorsus modo variatur *Ulysses*.

Invenias etiam *Orontes*, *Aristoteles*, *Demosthenes*, *Thucidides*, *Euripides*, *Archonides*, *Timarchides*, *Hercules*, *Peripleclomenes*, *Verres*, *Theophanes*, *Ariobarzanes*, *Simonides*, *Pericles*, *Xerxes*, *Moyses*, tam in *i* quam *is* facere Genitivum.

Nisi mavis Genitivum in *i* esse per contractionem ex *ĭi*, ab Æolico Nom. in *ευς*, ut Ἡρακλῆς, Æolice Ἡρακλέης: quod Latinè variatum fit *Heraclēus*. Gen. *Heraclēi* et Contract. *Heracli*: quod quidem verisimiliùs videtur, quoniam etiam dandi casu, *Tantaleo* à Ταντάλεος pro Ταντάλῳ dixit Propert. lib. 4. eleg. ult. et in Accus. *Adaneum* usurpavit Plaut. Menæch. Act. 1. sc. 2. pro *Adonin*. et Appul. *Adonei* pro *Adonidis*.

Quidam huc afferunt *vas*, quod volunt esse tertiæ sing. secundæ plur. sed *vasa*, *orum*, est à *vasum*, *i*. sing. quo usus est Plaut. Truc. Act. 1. sc. 1. et *vasibus* in plur. à *vas*, *vasis* dixit Cornelius Severus in Æna. *Cavis cunctatus* vasibus *hæsit*.

Composita autem à πῦς sunt etiam secundæ, et tertiæ: ut *Melampus*, *Oedipus*, *i*, et *odis*. Sed non omnia, nam *tripus*, tantùm est *tripodis*: ab *antipus*, *antipodis*: et centum *polypus*, tantùm *polypi*.

Composita à *pater* diversimodè se habent. *Antipater*, *Sospater*, Græca, sunt secundæ, sed Latina, qualia *Semipater*, *Marspiter*, *Diespiter*, sunt tertiæ.

Quædam sunt tertiæ et quartæ, ut *penus*, *ūris*, *Specus*, *Genus*, et *oris*: *acus*, *ūs*, et *eris*.

Quædam tertiæ et quintæ, ut *fames*, *is* et *ei*: *plebs*, *plebis*, et *plebei*: *quies*, *etis*, et *ei*.

Nescimus an aptior, quàm hic, occurrerit locus monendi pueros

ucros, quæ Grammaticorum placita de Nominibus è duabus vocibus compositis.

Sciant igitur si componantur è duobus *rectis integris*, ut *respublica*, *jusjurandum*, &c. vox utraque inflectitur, ut hæc *Respublica*, G. *reipublicæ*: hoc *jusjurandum*, G. *jurisjurandi*.

Diximus *duobus rectis*, nam si alter casus sit *obliquus*, variatur tantum ex parte *recti*; ut *hoc senatusconsultum*, G. *senatusconsulti*: hic *triumvir*, G. *triumviri*: hæc *materfamilias*, Gen. *matrisfamilias*, cujus plur. est *matresfamilias*, et *matresfamiliarum*.

Diximus etiam è *duobus integris*, nam *Marspiter*, *Diespiter*, quia vocis posterior pars non *integra* sit, non facit *Martispitris* et *Diespitris*, sed tantùm *Marspitris*, et *Diespitris*: pro quibus apud veteres ait Priscianus reperiri *Marspiteris*, et *Diespiteris*.

Rosmarinum, si quando (et aliquando,) occurrit in accusativo, referendum ad Nom. *rosmarinum*, non *rosmarinus*; qui in Acc. habet *rorem marinum*. tamen *olusatrum* non tantum *olerisatri* facit, sed et *olusatri*. Et à *leopardus* nece ignotâ antiquis Scriptoribus mallem dicere in Gen. *leopardi*, quam *leonispardi*.

Alteruter nunc ex altera nunc ex utraque parte inflectitur, ut Nom. *alteruter*, Gen. *alterutrius*, et *alteriusutrius*, &c.

Adjectiva Luxuriantia.

A quibus us simulis, &c.

Leguntur etiam *sterilis*, et *sterilus*: *improlis* et *improlus*.

Sed imprimis hoc accidit in *iis* quæ exeunt in *dus*, et *ris*: ut *vulgaris*, et *vulgarius*: *palmaris*, et *palmarius*: *singularis*, et *singularius*, &c.

Legas etiam *infer*, et *inferus*: *prosper*, et *prosperus*: *saturus*, et *Saturus*: *sacer*, et *sacris*: *concors*, et *concordis*: *discors*, et *discordis*: *memor*, et *memoris*: *par*, et *paris*. et quæ nunc *difficile*, *consimile*, *subtile*; olim erant, *difficil*, *consimil*, *subtil*.

Præter *anceps*, et *præceps*; olim erant, *ancipes*, et *præcipes*: quorum obliqui in usu sunt *ancipitis*, et *præcipitis*, &c. Sed hæc diversa vocabula et diversâ origine: *anceps* enim, et *præceps* sunt à *capio*; atque, ut cætera ejus derivata *auceps*, et *princeps*, faciunt Genit. in *ipis*, quem flexum apud cæscos reperias: *ancipes* vero, et *præcipes*, utpote à *caput* orta, faciunt Gen. in *itis*; licet haud alibi reperias in Nominat. quàm apud veteres.

Quædam exeunt in *or*, et *us*: ut *bi-corpor*, *tri corpor*, *tri-pector*, *uni-color*, *versi-color*; *bi-corporus*, *tri-corporus*, &c.

Quædam in *es*, et *us*: nam præter *quietus*, *inquietus*, *requietus*, voces satis notas, erant etiam *ques*, *inquies*, *requies* (non substantiva ut jam usurpantur) omnium generum: nam dixit Lucinius Marcus 1. Annal. *milites quietes*: Sall. 2. Histor. *percitum*, et *inquietem*: Maro in culice, si placet Scaligeri emendatio,

Quolibet ut requies victu contentus abundet.

Arpinas, *Ardeas*, *capenas*, et ejus farinæ vocabula contracta sunt ex *Arpinatis*, *Ardeatis*, *capenatis*. Sic *summas* ex *summatis*, *infimas* ex *infimatis*, quod inregè excusit Plautus Sticho. *Ergo Oratores populi summates Vi[r]i summi accumbent, ego infimatis infimus.* ibid.

Comparatio Nominum.

Quorum signif. augeri minuive potest. ibid.

Neque tamen hæc omnia; namque *cicur*, *claudus*, *canus*, *degener*, *dispar*, *magnanimus*, *memor*, *mirus*, *delirus*, *falsus*, *calvus*, *balbus*, *almus*, *egenus*, *edentulus*, *crispus*, *jejunus*, &c. admittunt magis, et minus, non tamen ideo comparantur per gradus. Neque comparantur gentilia, possessiva, numeralia, diminutiva, materialia, temporis significativa: cæmentitia in *bundus*, *imus*, *ivus*: composita à *fero*, et *gero*, [et] pleraque in *plex*, &c. Farnab.

Positivus

Positivus. ibid.

Quem Scaliger vocat *indefinitum*, Quintilianus *absolu-*
um, H. Stephanus *simplicem.*

Compar. qui fig. sui pos. per adverb. magis auget. ibid.

Sed meliùs à Scaligero definitur, *Species dictionis excess-*
um significans ad alterum relatum.

Al quando significat idem quod *Positivus*, vel auger sig-
ificationem ejus per *valde*, vel *admodum*: ut in illo Fabii
e loquitur. *Eoq; jam seniore*, (*octavum enim & nona-*
gesimum implevit annum) *pomeridianis Scholis Aristoteles*
accipere artem Oratoriam cœpit, nam hic *senior* est idem
quod *senex*: vel, si mavis, *admodum senex.*

Aliquando vero addit imminutionem positivo, ut in
illo Maronis Æneid 5.

Tum senior tales referebat pectore voces.

Ita statuit Vossius noster, qui interpretatur *tristior*, *subtristis*,
vel *ex parte tristis*; & *senior parùm* vel *non satis senex*: in hoc
sempe secutus Servium, in illo Priscianum: sed qui rem
propiùs spectat, fortasse inveniat (saltem in his locis)
quod ab illis magnis viris dissentiat; nam quomodo *illa*
dici potest *subtristis*, vel *ex parte tristis*, quæ oculos suffu-
derat lachrymis, et tam miseras edidit querelas? aut *ille non*
satis senex, qui apertè queritur de tarda hebetudine, et
affatis viribus senectutis? nec quicquam valet, quòd adhuc
robustus esset, et hostem profligaret fortiter, quamvis juve-
nem: non enim eos solummodo *senes* vocamus, qui decre-
piti, et Acheruntici, sed quicunque virilis ætatis vigorem,
ἀκμὴν præterierunt: ut Græci promiscuè dicunt γέροντα,
& πρεσβύτερον, sive παγκρατικὸς. De hac minutiâ
quis plura vult, videat hinc Servium in illud 5. Æneid.
Tum senior tales, &c. Priscian. lib. 3. Vossium de Analog. lib.
2. cap. 23. illinc Laur. Vallam de Eleg. lib. 1. c. 12. Jul.
Scalig. de caussis L. L. lib. 4. cap. 101. Quintil. de figuris
verborum, lib. 9. cap. 3.

Super-

Superlativus qui supra positivum, &c. ibid.

Melius forsasse definias, si dicas cum Scaligero esse *figuram dictionis excessum caeterorum denotantem*, scilicet vel *absolutè*, ut cum dicerem *Deum omnium esse supremum*, vel in *suo genere*, ut si vocem *Boëthium* Philosophorum inter Romanos *doctissimum*; atque inter Arabas *Averroëm*. Licèt enim *uterque* sit suo genere *doctissimus*, fieri tamen potest ut inter Græcos sit, qui utrosque superat, et *doctior* fiat, quàm, qui inter cæteras gentes sint *doctissimi*. Quod hic apertius diximus, ut sciant pueri, quo sensu superlativus gradus aliquando à comparativo excedatur.

Quæ verò positiva in r desinunt, &c. [pag. 33]

Legitur & *ce erissimus*, sed id à *celeris*, non *celer*: *dextrimus* non agnoscimus esse superlativum, sed synonymum esse cum *dexter*, ut *sinistimus* cum *sinister*: vel, si sit factum esse per contractionem à *dexterrimus*, ut *cuimus* à *citerrimus*: de qua vide infra, ad quem modum etiam fit *maturrimus* à *maturissimus* potius, quàm ab obsoleto *matur*.

Sex ista in ns, &c. ibid.

Mallem *quinq.*: de quibus calcatum illud,

Dant tibi quinq. Limus, quæ signat dictio F.A.C.U.S.

Cujus litera prima notat *Facilis*, secunda *Agilis*, &c.

Excludendus igitur *docilis*, et meritò, nam *docillimus* nusquam reperitur: et desideratur adhuc Autor qui dixit aut *Agillimus*, aut *Gracillimus*.

His verò annumeres, si placeret *imbecillimus*, quo usus est Seneca epist. 85. licèt non negamus *imbecillissimus* etiam usurpari à Celso, lib. 2. cap. 18.

Quæ derivantur à dico, loquor, volo, facio, &c. ibid.

Mutuata scilicet comparativum, et superl. ab antiq. participiis in *ns*: nam Plautus sæpe dixit *benevolens*, nonnulli etiam *beneficiens*, unde *beneficientior*, et per syncopen *beneficentior*: *breviloquens* ipse Cicero in 7. ad Att. Ep. 19. *breviloquentem jam me tempus ipsum facit.*

Plautus

Plautus usurpat mendaciiloquius, &c. ibid.

Imo et *magnificior*, et *munificior*, et *beneficissimus* leguntur apud M. Catonem. *Mirificissimum* apud Terentium, in Phormione, et *magnificissimè*, apud Attium, in 9. Διδασκαλικῶν.

Quoties vocalis præcedit us, &c. ibid.

Quem modum comparandi sequuntur etiam *almus*, *balbus*, *blæsus*, *canorus*, *cannus*, *cicur*, *claudus*, *crispus*, *degener*, *dirus*, *dispar*, *edentulus*, *egenus*, *jejunus*, *magnanimus*, *mediocris*, *memor*, *mirus*, *opimus*, *salvus*, *sylvester*, *tutulus*, *unicus*: et, si quando comparantur, Gentilia: ut, *Romanus*. Possessiva, ut *paternus*: Numeralia, Materialia, temporis significativa, Participialia in *dus*; Desinentia in *bundus*, in *imus*, et *ivus*; ut *legitimus*, *fugitivus*. Compositò à *fero*, et *gero*; ut *frugifer*, *armiger*. Et (exceptis *simplex* et *multiplex*) compositò à *plex*, in quibus per particulas excessus, uti sunt, *magis*, *valde*, et *maxime*, supplemus comparativorum et superlativorum defectum.

Sed tamen neque omnia exeuntia in *us* purum, supplementa adverbiorum semper exigunt: nam dixit Cato apud Priscianum lib. 3. *arduius*, et *arduissimus*. Usurpavit Varro lib. 2. de R. R. cap. 9. *assiduiores*, *assiduissimè* autem est apud Ciceronem in Bruto.

Egregius quoque ex sese augetur, quomodo Pacuvius in Medo dixit, *mulier egregiissimâ formâ*; et Juvenalis in Sat. 10. *Egregiùs cænat*, &c. ubi *egregiùs*, ut placet Prisciano, omnitur pro *egregiius*, vel magis *egregiè*.

Nec aliud minus idoneos Autores reperienda, *exiguius*, et *exiguissima*: *industrior*, *injurius* (i. e.) pro *injuriosus*: *innocuior*, sive *innoxiior*, *perpetuior* et *perpetuissimus*; *strenuior*, et *strenuissimus*: *necessarior* usus est Tertull. lib. 1. adversus Marcionem, et vetus interpres, 1. Cor. 12. 22.

Piissimus et si improbavit Cicero. Philip. 13. non tamen hoc incremento abstinuit Seneca, lib. 5. controv. 27. Curtius lib 9. Quintil. declam. 6.

Vacuissimus

Vacuissimus est apud Ovidium, lib. 3. de Ponto Eleg. 1.
Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima, quæras,
Corporis ad cultum vix vacat ille sui.

Comparatio Anomola [pag. 34.]

Minimus. ibid.

Pro quo *parvissimus* usurpat Lucretius lib. 1. Varro (περὶ ἐγκωμίων in descriptione pueri formosi) & multi Juniorum.

Multum, plus, plurimum. ibid.

Rectè, nam etsi *plus* habet naturam adjectivi, & quando dicimus *pluris emi*, vel *pluris vendunt*, subintelligatur *prætij* vel *pretio*; tamen, ut diximus ad regulam, *Masculi sunt tantum*, &c. nullibi in constructione reperitur, nisi neutrius generis, ideoq; necesse est, ut in Masculi. & fem. desit gradus comparativus.

Vetus, veterior, veterrimus. ibid.

Sed erat apud Antiquos etiam *veter*. Varro lib. 6. de LL. *olla veter arbor.*

Citra, &c. ibid.

Displicet, hîc summo Grammatico, quod in *citra citerior, citimus*, & sequentibus, adjectiva formarentur, sut a præpositionibus, aut ab adverbijs; ait enim comparativum, & superlativum, notare excessum positivi sui, manente essentiâ; adeo ut necesse sit, omnes gradus esse ejusdem classis, scilicet, vel omnes nomina, vel omnes præpositiones; mavult igitur loco adverbiorum, & præpositionum supponere adjectiva possessiva.

Qualia sunt, *citer, inter*, vel *interus*; *infer*, vel *inferus*; *exter*, vel *exterus*; *super*, vel *superus*; *poster*, vel *posterus*; *ulter*, vel *ulterus*; *propis*, vel *propus*; *pris*; *diutis*, vel *diutus*; *sæpis*, vel *sæpus*; quorum aliquot adhuc extant apud veteres; scilicet *citer, infer*, & *super* apud Catonem, *inferus*, &

superus apud Livium Andronicum in Odyſſea Gloſſ. reddidit ἐξώτερος & *exter, extraneus, externus,* pro quo maluit Cicero, & alii *exterus.*

Poſterus uſus eſt Maro, & Salluſt. Severus, (ſive quiſquis eſt Autor poëmatis de Ætnâ) ſi Scaliger rectè emendavit, dixit —— *Vertit vaja intera vertice ſævo,* ubi *intera* eſt à ſing. *inter*, vel *interus.*

Quibus adjectis comparatio fiet regulariter, ſi modò ſyncope obſervatur in ſuperlativo, ut *citer, citerior, citerrimus,* & per ſyncopen *citimus, infer, & inferus,* comp. *inferior,* ſuperl. *inferrimus,* vel *inferiſſimus,* &, per ſyncopen, *infimus,* & ſic de cæteris.

Quomodo etiam Voſſius noſter vult *poſtumus* formari a *poſterrimus,* vel poſteriſſimus: ait enim *poſtumam prolem* apud Maronem Æneid. 6. non ſignificare eam, quæ nata tumato patre, ſed quæ poſtremo nata loco, parente ſuperſtite; & confirmat ex Tertulliano. lib. contra Gnoſticos, ubi de ſcorpio ait, *cauda ertt, quodcunq;* de *poſtumo corpore propagatur,* & *verberat.* quo loco *poſtumum* nihil aliud ſignificare poteſt, quam *poſtremum.*

Diu, diutior, diutiſſimus. ibid.

Diutiùs, et *diutiſſimè*, nemo reſpuit; ſed *diutior*, *diutiſſimus*, non meminit ſe legiſſe Voſſius.

Ocyor ocyſſimus. ibid.

Melius ſcriberetur *ocior ociſſimus*, quia Græcus comparativus eſt ὠκίων.

Potior malè hic annumeratur, cùm ſit à poſitivo *potis*, nec agnoſcit Voſſius *peniſſimus.*

Addas verò his defectivis, quæ comparativo deſtituuntur: *nuper* et *nuperus*, *nuperrimus*; *ſacer*, *ſacerrimus*: *ſic invitus*, *diverſus*, *falſus*, *fidus.*

Quæ non agnoſcunt ſuperlativum, *ingens*, *ſatur*, *exter*, *ſupinus*, *infinitus*, *taciturnus*, *ſalutaris*, *declivis*, *feres*: nam exinde eſt *divitior* apud Ciceronem, Martialem, et Plautum: *ditiſſimus* autem eſt à *dis ditior.*

Ante-

Anterior, fortasse ab antiquo *anter*, vel *anterus*: solum in comparativo invenitur, cujus sortis qui putat habitis legat Agellii lib. 4. cap. ult.

A *satis* autem non nisi *satior*, et *satius*, et à *secius*, à quo et *sequior*; quo usus Appul. in 6. et 7. A. A. et alii.

Interdum autem à Substantivis fit Comparatio, ut Neronior, &c. ibid.

Sic *pumilior* apud Appulcium; *Plautinissimus* apud Agellium, *meritissimum* etiam apud Plautum substantivè positum pro *maximum meritum*.

Interdum à superlativis quasi essent positiva, oriuntur alia comparativa et superlativa, ut *pessimissimus* à pessimus apud Senec. Epist 81. Si sana est lectio, *extremior*, *postremior*, et *postremissimus*, in Appuleio, apud Tertullianum *extremissimus*, apud Arnobium *minimissimus*, *proximior* apud Senec. cap. 108. *ita* tamen *ut quorum abstinentiam interrupi, modum servem, & quidem abstinentiæ proximiorem, nescio an difficiliorem.*

PRONOMEN.

De Declinatione.

Mei, tui. [pag. 38.]

Pro *mei*, et *tui* veteres dixerunt *mis*, et *tis*; et in Gen. plur. *vestrorum* pro *vestrum*; ex quo factum videtur per Syncopen. De hoc videatur Plaut. Most. Act. 1. sc. *Jampridem ecastor*, &c.

Genitivus secundæ desinit in ius. ibid.

Hujus etiam declinationis habentur quædam Adjectiva (ut vulgo æstimantur) viz. *unus*, *nullus*, *ullus*, *totus*, *solus*, *alter*, *uter*, *neuter*, *alius* (pro quo *alis*, et in neut. *alid* dixere veteres.)

Sed sciendum est olim fuisse, ut rel'qua Adject. trium
nerum, primæ et tertiæ Nominum, tam in Gen. et
t. qu m in reliquis casibus, ut Ter. *tam iners, tam nulli*
ilis. Cice. de Div.nat. *alteræ pecudes*. Ter. Heaut. Act.
sc. 2. in' Dat. *alteræ narrat*, et *neutri generis* dicitur à
rammatic s.

Quam formam etiam Pronomina nonnullibi apud anti-
os sequuntur, ut *illi modi*, *isti modi* apud C. Licinium,
si vestimenta, pro *ipsius*, apud Afranium. Pro *ille* in
ticulari olim dicebatur *ollus*, vel *olle*; in plur. *oloe* et
ipsus pro *ipse*, est apud Comicos.

Pro *hic*, veteres dixerunt *hice* (pro quo nunc malumus
ce) unde in plur. *hæce*, quod, ut *quæ*, usi sunt tùm
feminino, tùm in neutro, genere. Sed factâ Apocope
uaverunt sequentis ævi Autores *hæce* in *hæc*; scilicet ut
ferret à feminino *hæ*.

Sed et *hæc* etiam in feminino genere olim fuisse usurpa-
m notavêre nonnulli: vide Plaut. Act. 1. sc. 3. Ter. Eu-
ch. Act. 3. sc. 5. lin. 34. And. Act. 4. sc. 1. lin. 33.
aut. Act. 4. sc. 7. Phorm. Act. 5. sc. 9. lin. 23. Juven.
. 6. lin. 260. 593. Licèt omnia exemplaria non id præ
ferant.

Ab *is*, pro *ejus* in feminino dixerunt antiqui *eæ*; *im*,
o *eum*; *ibus*, pro *iis*, et in fem. *eabus*.

Quis, vel *qui* (sed *quis* communis generis, *qui* tantùm
sculini) olim in Genit. habuit *quojus*, in Dat. *qui*,
(ut facilius distingueretur à Nominat.) *quoi*. In No-
n t. plur. *ques* tùm mas. tùm fem. (ut *quis* in singu-
i) unde in Dat. et Ablativo *quibus* ἀναλόγως, *quis* au-
n est à *qui*.

Qui, pro *quo* extra compositionem, nunc non utimur,
si subintelligatur *modò*, ut *quî fieri potest* (i. e.) *quo-
dio*. Usurpavit autem Plaut. Aul. act. 2. sc. *Tace nunc jam.
qui ati voles*, ut placet Camerario, alii enim legunt,
quid: imo et in feminino pro *qua*. Amph. Act. 1. sc.
ui me alter, &c. patera donata aurea est, *qui Pterela potitare*
solitus est. Item Curcul. Act. 4. sc. *I præ, virgo*]

Quibus

Quibus fuit nihil est, nisi una lingua qui abjurant (i. e.) quâ. Sic Maro Æneid. 11. *quicum* pro *quâ* in aliquot antiquis codicibus apud Plaut. autem c. Act. 5. sc. 4. legitur *quicum* prò *quibuscum*—— *Quasi patriciis pueris aut matronis dulcæ, dut anates, aut coturnices dantur quicum lusitent (i. e.) quibuscum*, usitatiora verò sunt composita *quacum* pro *quocum*, et *quivis* pro *quovis*: vid. si opera eſt Plaut. Aſin. Act. 1. sc. unumquodq; &c. Ter. Adelph. Act. 2. sc. 3.

Meus, mea, meum. ibid.

In plurativo legitur *mi* in vocat. pro *mei*; ut Plaut. Caſ. Act. 4. sc. 2. *mi homines, mi ſpectatores.*

Non probandi tamen *ii*, qui pro *mi*, in ſing. dicunt *meus*, quippe qui purioris ævi latinitatem non ſapiunt; nec ſequendi illi, qui dicunt *mi mater*, et *mi ſidus*, pro *mea*, et *meum*.

Suis, et *ſuos*, et *ſuas*, vet. contraxerunt in *ſis*, et *ſos*, et *ſas*: eſt tamen apud Ennium, ubi *ſam* et *ſos*, pronuntur pro *eam*, et *eos*.

Noſtras, veſtras, cujas. ibid.

Pro *cujas* in Nominat. dixerunt veteres *cujatis* in maſc. et fem. genere, ut et *noſtratis*, et *veſtratis*, ut ſupra notavimus, *ad Luxuriantia Adjectiva.*

Eccum, eccam. [pag. 39.]

Et in Nominat. apud Plaut. Menæch. Act. 1. sc. *Mala*, &c.— *hercle ab ſe ecca exit*, quo caſu etiam dixit *eccilla*. Sticho Act. 4. sc. *Ita me dii ament*, &c.

Idem ab is, & demum. ibid.

Sed reclamat ſignificatio; videtur potiùs eſſe ex *is*, et ſyllabicâ adjectione *dem*: nam ſimiliter dicimus *tantusdem, totidem, pridem*, &c.

Ce adjicitur obliquis horum pronominum. ibid.

Et am in Nominativo ſingulari reperitur *hicce*, et in plur. fem. *hæce*, ut ſupra notavimus.

Et

Et ut ecquis, &c. [pag. 40.]

Pro *ecquis*, *nequis*, *aliquis*, *siquis*, dixerunt nonnulli *ecqui*, *nequi*, *aliqui*, *siqui*.

Quicunq;. ibid.

Monet Priscianus interdum *cum* syllabam omitti, ut *quique*, pro *quicunque*; *qualisque*, pro *qualiscunque*; et similiter in adverbiis, *quoque* pro *quocunque*, *quandoque* pro *quandocunque*.

De Accidentibus Verbo.

Activum quod agere, &c. [pag. 41.]

Activa non raro absolutè ponuntur, transitione reflexionis in Pronomen reciprocum, quod desideratur, *integumentis frondis, & arboribus abscondimus*, sc. *nosmetipsos*, *ingeminat clamor*, *insinuat pavor*, (i. e.) *se ingeminat*, *se insinuat*, &c. de quibus vide quæ infrà annotata sunt, ad Regulam *verba Transitiva*, &c.

Passivum quod pati, &c. ibid.

Sed verba activi quoti apud veteres, acceptâ *passivâ formâ*, exierunt nihilominus *activum* vel *neutralem significatum*, ut illa; *Bellantur Amazones* apud Virg. Æneid. 11. *Copulantur dextras*, Plaut. Aul. Act. 1. sc. 2. —— *vis exagitata foras erumpitur*, pro *erumpit*, Lucret. lib. 6. apud quem et iam *prorumpitur*, pro *prorumpit*.

Feneror, seu mavis *feneror*, pro *fenero*, dici notavit Agellius lib. 18. cap. 12. *muneror*, pro *munero*, Agellius lib. 18. cap. 12. *nutrior* pro *nutrio*, teste Prisciano 8. Sic *nutricor*, et *nutrico*, rescribendum: nam *hoc* activè dixit est Plautus, *illo* Cicero. *Pigneror*, pro *pignero*; *præterior*, pro *præverto*; Plaut. Liv. Curt. Tacit. Appul. sed in præterito *præverti* solum.

Queatur pro *queat* est apud Lucret. *Quiritor* pro *quirito*,

dixit Varro, teste Diomede 1. *ruminor* pro *rumino*, idem Varro, et Liv. Andronicus, teste Nonio. *Significor* pro *significo*. Agel. 18. 12.

His quæ diximus adde *adjutor*, *convertor*, *emungor*, *excalceor*, *fatiscor*, *focillor*, *frutticor*, *gliscor*, *ignescor*, *labascor*, *ludificor*, *mandudor* et *commanducor*, *murmuror* et *commurmuror*, *palpor* et *expalpor*, *præsagior*, *spolior*, *urinor*, quod veterum locis firmavit Nonius, quem vide *de contrariis generibus verborum.*

Neutrum.

Bibo, &c. *tertiam personam pass. vocis usurpat.* [pag. 42.]

Indè verborum hujusmodi natura non obstat, quò minùs formentur *primam* etiam & *secundam personam*, passivæ vocis, sed rerum; quod enim *bibitur*, de se non potest dicere *bibor*: sed, si quis κατὰ προσωποποιΐαν induceret vinum dicens, *bibor*, aut terram alloqueretur, *Tu quotidie aratris*, haud sanè ut σολοικίζων accipiendus.

Deponens. ibid.

Vocatur *deponens*, quòd, cùm olim commune, passivam significationem planè deposuerit: ut *causor*, *miseror*, *fruor*, &c. nam quæ utroqueversum dicuntur, licèt alterâ parte rariùs, melùs in verbis communibus habentur sunt, qualia *abominor*, *adipiscor*, *admiror*, *aggredior*, *antestor*, *arbitror*, *aspernor*, *assector*, *auguror*, *calumnior*, *comitor*, *complector*, *consequor* et *consector*, *consolor*, *conspicor*, *contestor*, *criminor*, *demolior*, *delargior*, *deprecor*, *deturpor*, *detestor*, *digner*, *dominor*, *exsequi*, *fari*, *fateor*, *fruitur*, *hortor*, *loquor*, *metior*, *moliior*, *oblivisci*, *polliceor*, *potior* (de cujus significatu vid. rem. *Potior aut Ob.*) *Sector*, *tutor*, *venor*, *vereor*, *ulciscor*, *ut aut Abl.*) *Sector*, *tutor*, *venor*, *vereor*, *ulciscor*, *ut*. Et alia apud Priscianum annumerata, quibus veteres etiam usi sunt passivè; Cicer. ad Nepotem, *qui pauper ob aliquid natur.* Justin. lib. 30. *jam in publico visuntur*, *jam in tantur*, *jam comitantur.* Cælius ad Cicer. Epist. 8. *damnatione se venter loqui est captum.* Novius apud A

m lib. 15. cap. 13. *ſuppellex multa, quæ non utitur, itur tamen.* Singula potuimus, ſi operæ pretium eſſet, emplis confirmare.

Nonnulla etiam deponentia, eadem ſignificatione, repe-ntur in *O*, ut *Adulare* apud Columellam. lib. 7 c. 12. cet, lib 5. er, ſi credamus Pighio de MS S. Valer. xim. lib. 4. c. 3.

Altero dixit Ter. Andr. act. 4. ſc. 1. *Scio, cum patre ercîſti duduni.*

Amplexo Cicero pro Cluentio, *Autoritatem cenſorum au-ato.*

Etiidem, vel ejuſdem ætatis, Autores, *Arbitro, Auguro, nito, Fabulo, Fruſtro, Frutico, Imito, Impertio, Jurgo, chrymo*, à *Largio* compoſita *dilargio*, et *inlargio*, *ſo, Luxurio, Medico, obſono, Opitulo, Perſcruto, po, Populo, Reverto, Rumino, tumultuo, velifico.*

Pura ejuſmodi apud Priſcos (ſi Priſciano, Diomedi et nio fidem habeamus) qualia *Amplecto, Aucupo, Auſpico, ilio, Cachinno, cohorto, commento, congredio, pro-do*, &c. Sed hæc obſoleta, neque à Romanæ puritatis diciis uſurpanda.

Oculor verò, quod in communibus vulgò habetur, haud ueè aliter, quàm activè reperias.

De Modis ibid.

Quorum tantùm tres agnoſcit Voſſius, *Indicativum, erativum*, et *Subjunctivum.*

Indicativus. ibid.

Vocatur etiam apud Grammaticos *rogandi*, et *reſpon-di ſpecies*; *modus fatendi, pronunciativus, finitivus.*

Imperativus. ibid.

Appellatur et *mandativus*, ut *ama*, *amato*; vel *amave*, *to*, quorum prius, volunt nonnulli jubere, ut aliquid *mpraſſe ut*, poſterius, ut *progreſſu temporis* fiat, ta-uſus decet promiſcuè uſurpari.

Illa passiva, præceptum sit, dictum sit, &c. [pag. 43.]

Ubi videtur aliquis imperare, ut quod præteritum d
in futuro tempore maneat; ut si quis dixerit, *Hodie ja*
esto aperta; non vult ut aliquis jam aperiat januam, s
cùm aperta sit, ut ità maneat, *Angl.* **let the gate be ope**
or stand open to day.

Subjunctivus. ibid.

Nominatur etiam *conjunctivus*, *adjunctivus*, et *dub*
tivus modus, a Grammaticis.

Infinitivus. [pag. 44.]

Hunc nonnulli nominant *Infinitum*, *Indefinitum*, *pr*
tuum, *insignificativum*, et *impersonativum*; quem
modum esse negat Vossius, quòd numeris et personis ca

De Tempore.

Præsens. ibid.

Quod etiam nonnunquam habet significationem fu
ut in illo Ciceronis ad Att. lib. 8. epist. 2. *est mihi*
cipiè causa manendi: de qua utinam aliquando tecum
quar. Sed hoc tantùm, in modis Optativis, et Subjun
vis: in quibus etiam *Imperfectum* pro *Præsente* pon
ut utinam studia magis amaret Titius. Interdum pro
turo, *ut utinam studia magis amavet*, *quàm nunc facit*

Futurum exactum videro, &c. ibid.

In quo et futuri et præteriti significatio concu
ideoque rectè distinguitur à *futuro simplici*; aliud ena
cùm cænato, aliud cùm *cænavero*, *illud* notat tempus
cænandum, i.e. **when I shall be at supper**, hoc
peractæ, i.e. **when I shall have supped.**

Quod etiam in Subjunctivo reperitur. ibid.

Nam in exemplo citato è Terentio, *si te æquo*

e accipiet, *negligentem feceris*, videtur esse *Indicativi*, od pluribus exemplis contendit Vossius, in quibus idem *modus Potentialis* (ut nobis videtur) potiùs debuit bere locum, si locum ullum in modorum familiâ ille erus modorum censor *Potentiali* concessisset.

De Figura Verborum. [pag. 45.]

Quædam à Græcis nata, ut impleo à πλέω.

e non et *experior*, *comperior*, à πειράω; *induo*, à δύω.

De Specie.

Inceptiva in sco. ibid.

Hæc vulgò formantur à secunda persona Indicativi præ- tis Primitivorum, addendo *co*, ut à *labo*, *as*, *labascо*; *beo*, *es*, *calesco*; *tremo*, *is*, *tremisco*; *obdormio*, *is*, *dormisco*; pro *luceſcit* verò à *luceo*, *es*, in libris anti- is inveniri *lucisci* contendit Bembus, et Victorius.

Frequentativa.

——*Quæ conatum significant.* ibid.

At quæ conatum significant, ut *capto*, *vendito*, *dormito*, e forsasse apriùs inter desiderativa numerentur, vel, si , inter Meditativa, quæ præter affectum, apparatum n innuunt.

Diminutiva in to, vel sso, exeunt. ibid.

Nonnulla etiam in *co*, ut *albico*, *caudico*.

De Conjugatione.

In anglicis rudimentis quæ exactissimè pueri callere de- nt. [pag. 46.]

Sed observanda hic nonnulla (ab iis saltem qui ultra *rudi- nta Anglica* aliquid sapere cupiunt) quæ, etsi exactissimè nt pueri, non tamen exinde in conjugatione verborum

exactè docti sunt; ut enim prætereamus illa *faciem*, p *faciam* in Fut. Indic. *famino*, pro *fare*, vel *fator*; *dasi*, *dare*, et similia, quibus non multùm scire refert usos fu vett. In *Rudimentis istis* deest Indicat. *Fut. exactum*, A&tivum quàm Passivum; quod non tantùm comm esse O. P. et Subjunctivis modis, exemplo suprà di confirmatur.

In *Imperat.* aliquid *redundat*; nam *amet*, *amemus*, *am* et cætera ejus farinæ vocabula, quæ ibi ascribuntur *Impe* sunt propria *tribus sequentibus modis*; licèt non nega interdum usurpari Imperativè, ut *scribas*, pro *scri scribat*, pro *scribito*; sed id per modi enallagen, ut no vit Donatus in illud Terentii Eunuch. Act 2. sc. 3. *fac* est *facere*, *facias*: *facias*, inquit, pro *facito*.

In *eodem modo* verò omittitur *Præt. Pass.* ut *amatus* &c. quod probavimus supra à *Præsente* esse distinctum.

In tribus reliquis modis *finitis* duplex est Fut. *amav* & *amavérim*; nam hanc terminationem non solum esse *præteriti*, ostendit illud Terentii And. Act. 1. sc. *ea lege ata, omne, ut, si inde te exemerim, ego p molam*, et Plaut. Pseud. sc. *Pseudole non audes*, *Quis igitur argentum reddet, si dederim tibi?*

Simplex etiam Futur. faciunt Infinitiv. cùm triplex s

amaturum { *esse* / *fore* / *fuisse* }

C. LIL. De Simplicium Verborum prim Conjugationis communi Præterito.

Deme Lavo lavi, &c. ibid.

Sed *lavi* potius videtur esse à *lavo*, *is*, tertiæ, à composita, *proluo*, *diluo*, &c. *lavavi* autem olim P æt. à *lavo*, *as*, ostendit Participium *lavaturus*, quo est Ovidius 3. Fast. *necavi* habet Cicero in Verrem ca

verit Solin. c. 66. *vetavit* Perſius Sat. 5. v. 90. *cubaſſe* Quintil. lib. 8. c. 2.

Imò et multa alia, quæ hic docemur facere præterita in *ui*, apud vett. à terminatione *avi* non abhorruiſſe, argumentum eſt, quod inde derivata Participia *juvaturus*, *ecaturus*, *enecatus*, *fricatus*, *intonatus*, *ſonaturus*, adhuc apud puriſſimi ſeculi Autores ſunt reperienda.

Domaverat dixit Florus lib. 4. et *Incubaverie*, Plin. lib. 11. cap. 16. Sed de compoſitis plura, ad regulam *Præteritum dat idem*, &c.

Secundæ Conjugationis commune Præteritum.

Mordeo vultq; momordi. [pag. 47.]

Veteres autem more Græco dicebant per *e*, *memordi*, *respondi*.

Mulgeo, *mulſi dat*, *quoq; mulxi*. ibid.

In Supinis verò tantùm *mulctum* agnoſcimus.

Leo, *les*, *levi*. ibid.

Leo, *les*, in uſu non eſt, ſed tantùm præteritum *levi*, neque ſimplex *pleo* uſurpatur, compoſita autem frequenter, *impleo*, *expleo*, *repleo*, *evi*.

Tertia Conjugatio.

Lambo, *lambi*, ibid.

At vetus interpres Judic. cap. 7. v. 5. 6. 7. habet *lambuerunt*, *lambuerant*, *lambuerunt*; quæ non à *lambo*, ſed à *lambio*, *lambui* (ut *rapio*, *rapui*,) quod nonnulli etiam probant.

Scribo, *ſcripſi*, ibid.

Antiquè ſcribſi.

Scindo, *ſcidi*. ibid.

Olim *ſceſcidi*, ſive *ſciſcidi*.

Pendo pependi, tendo tetendi. ibid.

A *pendo* etiam est *pendi*, sine geminatione, quod docet istud Livii lib. 45. *vectigal dimidium ejus, quod regi pendissent.* Et à *tendo* legitur *tendi*. Propert. lib. 3. Eleg. 7. *At tibi qui nostro tendisti vetita lecto.*

Vado-si. ibid.

Sed extra compositionem vix *vasi* invenias, dixit semel Terentianus, et Martial. lib. 12. Epigr. 5. in Aldinis —— *et breve vasit opus*, pro quo, in aliis, *vasit.*

Plaudo. ---- ibid.

Unde *explodo, explosi*; *displodo, displosi.*

Pupigique. [pag. 48.]

Quod olim *pepugi.*

—— *Pango pacisci*

vult pepigi --- ibid.

Pepigi non est à *pango*, sed ab antiquo *pago*; *panxi* vero agnoscimus à *panzo*, & olim *pegi*, sed utrumque pro *panxi*, *pango* enim nunquam *cano* significat, nisi per metaphoram.

—— *Premo pressi.* ibid.

Et *premi*, apud Catonem cap. 66.

Gigno, pono, cano, genui, &c. --- ibid.

Genui ab obsoleto *geno*, *pono* olim fecit *posivi*, in priscis & *cano canui*, unde *concinui*, & cætera ejus compositi in *ui.*

Po fit psi. ibid.

Sic *clepo, clepsi*, pro quo antiquè *clepi* dicebatur.

Tero Trivi. ibid.

Tibullus autem, pro *attrivisse*, dixit *attenuisse*. lib. 1. Eleg. 4.

leg. 4. & Plautus *tenuerunt*, pro *tinuerunt*. Pseud. Act. 3. t. 2. si fides habenda est Prisciano & antiquis editionibus.

Incesso & lacesso, ivi. ibid.

Sed Syncopen in præteritis sæpiùs patitur *incesso*, ut incesseram, *incesserim*, *incessissem*, apud Tacitum, & alios, quam non respuit etiam *lacesso*, ut Ter. in Phorm. *si Poeta non lacessisset prior.*

Facesso Facessi. ibid.

Quod etiam *facessivi* facit. Farnab.

Pinso pinsui. ibid.

Sic *depso depsui.*

Quexi formare quiniſco. ibid.

Quiniſco vix reperias, sed compositum *conquiniſco*, quod significat *me continuum inflecto*, in præterito *conquexi* habet.

Siſto ſtiti. ibid.

In compositione autem pro *consti*, Ennius, & veterum alii dixerunt *consisti*; quod præstat scire, quàm imitari.

Ule flecto flexi. ibid.

Sic *plecto*, *plexi*; pro quo Hieronymus, Judic. c. 16. dixit *plexui*.

Lacio lexi. [p. g. 49.]

Cujus composita adhuc in usu, *allicio allexi*, & *pellicio allexi*; pro quibus Calci dixerunt *allicui*, & *pellicui*: ut recuit nos Priscianus. Vide infrà ad regulam, *Hæc, si com-positus*, &c. ad quam potiùs relegenda.

Pario peperi. ibid.

Olim & *parii*, quia erat quartæ; quam conjugationem adhuc retinent composita.

Quasi

Quassi vix reperitur in usu. ibid.

Quassum tamen in supino fuisse, arguit participium *quassus*, & frequentativum *quasso*.

Pluo pluvi. ibid.

Cujus formam sequuntur *luvi*, pro *lui*, à *luo* apud Lucilium; *annuvi* pro *annui*, ab *annuo*, apud Ennium; *fuvi*, ab antiquo *fuo* apud eundem. Sed antiqua hæc, & obsoleta omnia.

Quarta Conjugatio.

Raucio rausi. ibid.

Dubium est num *rancio*, *rausi* facit, an *raucui*; nam in vulgat. exemplaribus Ciceronis de Oratore legitur *paulum irraucuerit*; Priscianus autem, pro *irraucuerit*, legit *irrauserit*; quem sequitur Lambinus; & pro *rausi* facit quod dicitur in participiis *rausurus*. Lucil. 19. *Rausurus Tragicus qui carmina perdit Oreste.*

Amicio amicui. ibid.

Et aliquando *amixi*, unde supin. *amictum*.

Parciùs utemur cambivi, haurivi, &c. ibid.

Dubitamus sanè, an unquam uti liceat integrè, *haurio, sepivi, sancivi*, aut *salvi* (nisi quando est pro *sale condivi*:) nam pro his veteres *hausi*, *sepsi*, *sanxi*, *salsi*.

Saucivi nullibi reperio, nec *cambio* alibi, quàm apud veteres Grammaticos.

De compositorum Verborum præteritis.

Præteritum dat idem simplex, &c. ibid.

Scilicet si retinent idem genus, & eandem conjugationem; nam si alterutrum mutent, mutant etiam fere præteritum, ut *ædifico*, *ædificavi*, à *facio*; *consternor*, *consternatus sum*, à *sterno*; *suspicor*, *suspicatus sum*, à *spicio*, & similia.

Sed

Sed Syllaba Semper, &c. ibid.

Non ſemper, nam, ſi credamus Priſciano, *detotondi* apud Varronem, & Ennium reperiundum eſt. *Deſpoſpondi* dixit Plautus in Trinummo. ſc. *Quomodo tu iſtuc*, &c. Et Truc. Act. 4. ſc. *Egone tibi*, &c. Atque ex ejuſdem Aulul. citat Agellius l. 7. c. 9. *admemordi*.

Præterquam tribus his præcurro, &c. ibid.

Addas etiam *decurro*, *procurro*, *concurro*, quæ interdum geminant primam: *interdum* diximus, non *ſemper*; nam Livius habet *excurri*, Virg. *decurri*.

—*Sto rite creatis*. ibid.

Cujus compoſita aliquando faciunt præterita in *avi*, ut *præſtavi*, *reſtavi*. Supina verò ſæpiùs in *atum*, unde participia inter optimos Autores, *conſtaturus*, *exſtaturus*, *obſtaturus*, *præſtaturus*. Vide quæ dicta ſunt ad regulam *compoſita ut ſimplex*.

A plico compoſita——*vel nomine*. ibid.

Sic *duplico* à *duo*, & *plico*; *triplico*, à *tria*, & *plico*.

Repticui, vix putamus inveniri, pro iſto igitur ſubjunximus *implico*, cujus duplex etiam extat præteritum *ui*, & *avi*.

A *crepo* etiam ſæpe occurrit *diſcrepavit*, & aliquando *increpavit*.

A *mico* longè uſitatiùs *dimicavi*, quàm *dimicui*; legitur etiam *emicavi*, ſed rarò: nec temere uſurpandum.

A *juvo*, & *neco*, olim etiam fuiſſe *adjuvavi*, *enecavi*, oſtendunt participia *adjuvatus*, *enecatus*, a quibus non abhorrent Autores.

Incubavere dixit Plinius lib. 11. cap. 16. neque aliunde eſt *intonatus*, quo uſus eſt Hor. lib. Epod. Od. 2. quàm ab obſoleto *intonavi*.

A *frico* etiam multa extant participia compoſita, quaſi formata à præteritis in *avi*, ut *refricaturus* apud Tull. ad Att. lib. 12. *defricatus* apud Catul. carm. 40. in Egnatium.

tium. Et apud Plinium lib. 28. cap. 12. *infricatus*, & *perfricatus*.

Quamvis vult oleo ſimplex, &c. ibid.

Adoleo cùm de ſacrificiis dicitur, facere faciunt *adolui*, cùm de ætate *adolevi*. Sed Priſcianus agnoſcit in 9. Varronem dixiſſe lib. 3. Rhetor. *poſtquam adoluerit hæc juventus*, addit & de ſacrificio locum Attii Caſſii in ſecundo ad Tiberium, ubi *Adoluerit* legatur. Sed Diomedes, in ſecundo, eundem hoc pacto citat; *Sic eſt contra Ægyptios maximum ſacrificium, ubi anſerem integrum adoleverunt*. De cæteris compoſitis ſic ſtatuit Farnabius, ab *oleo*, to smell, ſunt *ſubolui*, *redolui*, *obolui*. Sed ab *oleo*, vel, ſi mavis, *ſoleo*, (ſignificante *creſco*) *exolevi*, *obſolevi*.

A *mordeo* Plautum dixiſſe *præmorſi* notavit Agellius lib. 7. cap. 9.

Natum à do — credo — didi. [pag. 50.]

Concredui enim apud Plaut. non eſt à præſente *concredo*, ſed *concreduo*; pro *do* enim vett. dixerunt *duo*.

Abſcondo di. ibid.

Sed ab *abſcondo* legitur etiam *abſcondidi* (quibus præteritis duo reſpondent ſupina, *abſconſum*, & *abſconditum*.) Ad cujus exemplum *deſcendidi* olim formatum eſſe à *deſcendo* docuit nos Agellius lib. 7. cap. 9.

A *cello*, *præcello*, *excello*, & *antecello* faciunt præt. per *ui*: ſed *percello perculi*, pro quo Ter. in Andr. *perculſi*.

E compoſitis *vello*, *revulſit* reperias apud Ovidium, & *avulſit* apud Lucan. pro quibus Tullius ſemper *revelli*, & *avelli*. Farnab.

Compoſita ab obſoleto *lacio* plerumque, ut ſimplex, *lexi*; ſed *elicio*, *elicui*, *elicitum*.

Mutantia primam vocalem in e.

—*Iacio*——*Tracto*——*Partio*—— ibid.

Verum *retracto*, *pertracto*, & *ablacto*, servant *a*: *impartio* etiam nonnunquam legitur pro *impertio*. Farnab.

Mutantia primam vocalem in i.

—*Cano*—— ibid.

In compositis a *cano* vett. retinebant *a*. Tacitus lib. 2. Annalium, *tum Sentius occanere cornua tubasq; jussit*. Sic Sallust. 1. Histor. *Cornicines occanuere*, ut docuit nos Priscian. lib. 10.

Mutantia primam vocalem in i. *præterquam in præterito.*

Namq; suum simplex perago, [pag. 51.]

Sic etiam *circumago*, & *supersedeo* à *super*, & *sedeo*.

A *Lego nata re. se.* ibid.

A *se* verò & *lego* fit *seligo*, non *selego*.

Præteritum lexi. ibid.

Leguntur tamen *neglegi*, & *intellegi*, in præterito.

De simplicium verborum Supinis.

Quædam geminant s. &c. ibid.

Sed à *pandi*, præter *passum*, est etiam *pansum*, adde his *frendi*, *fressum*, à *frendo*, quod *frango* significat.

Tutudi tunsum. ibid.

Legitur & *tusum*.

Peperi, partum. [pag. 52.]

A *pario peperi*, olim etiam *paritum*, nam inde *parituras*, Stat. 12. Theb.

Si fit sum. ibid.

A *facessi* autem & *capessi*, syncopatè pro *facessivi*, & *capessivi*, fiunt *capessitum*, & *facessitum*.

Hausi hausturn. ibid.

Sed Virg. Æneid. 4. habet *hausurum*, tanquam ab *hausum*, pro quo Appul. dixit *haurirum*.

Farsi fartum. ibid.

Pro *fartum* in melioribus libb. Cicero 5. ad Verrem invenias *farctum*, nempe per sync. è *farcitum*, à quo verbale *farcimen*.

Tortum & torsum. ibid.

Torsum tantùm est apud vett.

Cavi cautum. ibid.

Antiquè *cavitum*.

Veneo, venivi, venum. ibid.

Venii Syncopatum agnoscimus: sed, quo liceat proferre integrum *venivi*, adhuc desideramus exemplum.

Dubitari etiam potest, an *venum* sit supinum a *veneo*; nam esse nomen ostendit illud Taciti lib. 13. Annal. *militibus immunitas servaretur, nisi in iis, qui veno exercerent*, & iterum lib. 14. *posita veno irritamenta luxus*; pro veno autem *venui* usus est Appul. Met. lib. 10. *productum me venui subjecerunt*: utrumque autem a *venus*, quod ab Æolico ϝάνω, pro ἄνω, videtur esse deductum.

Sepelivi sepultum. ibid.

Sepultum factum est per syncopen *ex sepelitum*, quo usi sunt vett. teste Prisciano.

Rui ruitum. ibid.

Rectiùs fortasse statuunt, qui a *ruo* malunt esse supinum *rutum*, quàm *ruitum*, unde *ruta caesa*. Apud I. C. licet non diffitendum, participium in *rus* esse *ruiturus*, non

ruturus,

uturus, ſed id non probat ſupinum exijſſe in *uitum*; nam *arguiturus*, *exuiturus*, ſunt etiam a ſupinis in *utum*. Sic aliuo fit *luiturus*, quod utrùm fluxit a ſupino *lutum*, an *luitum*, nobis nondum conſtat.

Miſcui item miſtum. Ibid.

Sed nec damnamus *mixtum*, nam inde *mixtus*, quod in omnibus antiquis codd. uno conſenſu. Pierius ad 1. Æneid. Virg. ait ſe inveniſſe pro *miſtus*.

Pinſui habet piſtum. ibid.

Imo & *piuſitum*, & *pinſum*, Farnab.

Cenſeo cenſum. ibid.

Rectè, nam *cenſitor*; & *recenſitus*, quo uſus eſt Claudianus lib. 2. in Eutrop. eſt ab antiquo *cenſire*.

Pexum. [Pag. 53.]

Erat quando *pectitum*; unde apud Columell. *pectita lana*, lib. 10.

Patui paſſum, carui caſſum. Ibid.

Paſſum eſt à *pando*, non *pateo*, quod caret ſupinis, neque *caſſum* eſt ſupinum à *careo*, ſed nomen juxta Priſcianum, lib. 10. Vide infrà ad *Præteritum activæ & paſſ. vocis*, &c.

Minxi. ibid.

Præteritum ab obſoleto *mingo*, pro quo jam dicimus *meio*.

Rinxi. ibid.

Riavi, quod ſcimus, nuſquam legimus, neque *ringo*, ſed *ringor*, quod deponens eſt, a quo vetabale *rictus*.

Xum flexi, plexi, &c. ibid.

A figo autem *fixum*, & *ſictum*: & pro *fluxum* olim in uſu *fluctum*. Sic *frixi* a *frigo* habet *frixum*, & *frictum*: a *nexi* autem non aliud ſupinum, quàm *nexum*: ut a *plecto plexum*, licèt Columella dixerit *plectitum*.

De

De Compositorum verborum supinis.

Composita a tunsum dempta n, tusum. ibid.

Obtunsus verò dixit Columella lib. 6. cap. 8.

——*Comedo formabit utrumque.* ibid.

Sed rarius legitur *comestum.*

Agnotum. ibid.

Verùm *agnotum* etiam quondam apud vett. fuisse ostendunt participia *agnotus*, quod dixit Pacuvius, & *agnoturus* quo usus est Sallust. 2. Histor. teste Prisciano.

Nullo est jam noscitum in usu. ibid.

Id autem prorsus non respuisse veteres, arguit frequentativum *noscito*, inde nempe derivatum.

Composita a *sto* formant supina, nunc in *itum*, nunc in *atum*; ut a *consto*, *constatum*; ab *exto*, *exstatum*; ab *obsto*, *obstatum*; a *præsto præstitum*, & *præstatum*: nam hinc participia *constaturus*, *exstaturus*, *obstaturus*, *præstaturus* & *præstiturus*; hæc enim apud purissimi ævi scriptores invenias: a *circumsto* autem *circumstitum*, & ab *adsto adstitum*.

Exoleo, & *obsolco*, ab *olco* faciunt *etum* in supinis, *abolevi abolitum. Adoleo, adolevi, adoletum; adolui, adultum* sic statuunt nonnulli.

Sed Farnabius *adoleo, adolevi, adultum.*

Suboleo, redoleo, obsoleo, carent supinis.

A *lateo*, *deliteo* est sine supinis. sic etiam *conticeo*, *taceo.*

E compositis à *maneo*, quæ in præterit. faciunt *si* nulla omnino formant supina, ut *immineo, præmineo* &c.

Privantur etiam supinis *attineo, abstineo, pertineo* à *tenco*; quæ etsi non hic notassem, facilè referri potuissent ad Re*Et quæcunque in ui*, &c.

De Præteritis Verborum in Or.

Paciscor pactus. [pag. 54.

Unde *depaciscor depactus*, vel, ut malunt alij, *depectus depectus.*

Expergi

Expergiſcor expergrectus. ibid.

Et *expergitus* etiam, ſed hac differentiâ, ut *expergitus* dicatur, qui ſomno ſatiatus ſponte vigilat, *expergrectus* autem, qui eſt a quiete impeditus. Atque ita Salluſt. *interdum famuli expergrectis armis tumultum facere.*

Orior habet alias voces tertiæ, alias quartæ; ut etiam *ortus ſum*, at Infinitiva ſemper quartæ, ut *oriri*, de quibus vide plura poſt *verba defectiva.*

Hue refer as *fungor functus, amplector amplexus, aſſentior aſſenſus, complector complexus, revertor reverſus ſum*, & *reverti.*

De verbis geminum præteritum habentibus, viz. *Activæ, & Paſſivæ vocis.*

Cæno avi, & *atus.* ibid.

Latiniſſima quidem ſunt *cænatus*, & *pranſus*; verùm in locum habent in præteritis, a verbis *cæno*, & *prandeo*, quod pa ùm dubito, quando tum ſolummodo uſurpari debere videntur, cùm aliquem prandio aut cœnâ confectâ, feciſſe aliquid narramus; ut ſi dixeris *accedit cænatus*, vel *pranſus*, non *cenatum.*

Quod itidem de *potus* dicas.

Juratus potiùs eſt a *juror*; nam hoc verbo in voce paſſivâ uſi ſunt Lucanus & Statius.

Careo carui, & caſſus ſum. ibid.

Caſſus eſt nomen Adjectivum, vel, ſi vis eſſe participium, quatuor magis videtur derivari, quàm a *careo*, & *paſſus* a *pando* potiùs, quàm à *pateo.*

Nubo nupſi nuptaque ſum. ibid.

Nubo in præt. paſſ. dicitur habere *nupta ſum* potiùs, quàm *nuptus ſum*, quia, ut dicitur, *nubit* propriè femina: Verùm Ovid. Metam. lib. 1. fab. 11. v. 700. non erubuit intrepidè Pana ſic loquentem——*Tibi nubere nympha volentis non cede Dei*— Vide (ſi libet) Annotationes doctiſſimi Farnabij in locum.

Hujus etiam farinæ eſt *affecto avi*, & *atus ſum*; *cenſeo cen-ſui*, & *cenſus ſum*; *communico avi*, & *atus ſum*; *fabrico avi*, & *atus ſum*; *fluctuo avi*, & *atus ſum*; *multo avi*, & *multatus ſum*; *obſtrigo avi*, & *obſtrigatus ſum*; *peragro avi*, & *atus ſum*; *perlito perlivi*, & *perlitus ſum*; *punio ivi*, & *itus ſum*; *ſpecto avi*, & *atus ſum*.

Sed in his præt. act. uſitatius; alterum tamen reperitur apud non nullo nomine Autores. Nam *affectatus eſt regnare* dixit Varro. *Cenſa eſt dilectum* Ovid. de Ponto eleg. 3. *communicavi ſunt ſpem*. Liv. lib. 4. c. 24. *neceſſitas fabricata eſt fallere* Cæſellium. Cicer. in 3. de Orat. *Fluctuatus animus fuerat* Liv. *multatus eſt* pro *multavit* Suet. in Auguſt. *objurgatus eſt*, pro *objurgavit*; Marc. Cælius ad Cicer. epiſt. 9. *peragratus eſt*, pro *peragravit*; Velleius. *orbita ſe totam*, pro *ſe perlustravit*; Appul. 3. Met. *Intimiſſimum pectus nitus es*, Cicer. pro Milone. *Spectatus eſt ſuem*. Varro. Quæ omnia fortaſſe fluxerunt a communibus in *or*, quæ jam in cæteris temporibus depoſuerunt paſſivam ſignificationem. Vide quæ diximus ad *verbum paſſivum*.

A ſedeo ſido—ſedi. [pag. 55.]

In compoſitione ſcilicet, nam ſimplex habet de ſuo *ſidi*. Colum. lib. 12. c. 24. *Patiemur picem conſidere, & cum conſederit, picem eliquabimus*.

A Tollo ſuſtuli. ibid.

Cujus germanum præteritum eſt *tetuli*; nam ut a *pango pupugi*, a *fallo fefelli*, ſic a *tollo*, vel potiùs *tolo*, vel *tulo* (quomodo Antiqui efferebant) *tetuli*.

Et a fuo, &c. ibid.

Verbo non prorſus obſoleto, nam dixit Virgilius, *Tu Rutulis ne fuat, nullo diſcrimine habebo*. In præterito autem non ſolùm habuit *fui*, ſed *fuvi*.

Sic poſcunt veſcor, &c.

Præteritum a paſcor. ibid.

Sic *fio* præteritum à *facior*, quod olim in uſu fuiſſe docent veteres

cteres Grammatici ; nam germanum præteritum *fi.* quod nonnunquam fuisse agnoscit Priscianus, omnes refugiunt. *Miseret* item habet *misertum est*, a *misereor*.

De verbis præterito carentibus.

Præteritum fugiunt, &c. ibid.

Sic etiam *renideo, glabreo, densco, flavco, liveo, clueo, fio, divertor, prævertor, ringor, labasco* ; item *compecui*, activè sumptum, namque *compertus* sumitur passivè.

Ad hæc, inceptiva. ibid.

Scilicet, quæ a nominibus ; qualia *diteſco, ſenileſco, tepefacio*, &c. nam quæ a verbis descendunt, præterium, ubi opus, mutuantur a primitivis : ut *tepeſco tepui*, a *tepeo* ; ut supra docetur in Grammaticâ.

Verba ſupinum rarò admittentia.

Parco peperci. ibid.

Nam a *parſi* est *parſum* : *parcitum* verò, quod est alterum supinum a *parco*, nec a *parsi*, nec *peperci* fluxit, sed a *parcui*, quod nunc prorsus obsolevit.

Diſpeſco, poſco, diſco, compeſco. ibid.

A *diſpeſco*, & *compeſco*, Farnabius format *diſpeſcitum*, & *compeſcitum* : *expoſcitum caput* est apud Sen. & *diſcituros* apud Appuleium in Phædone, tanquam a supinis *poſcitum*, & *diſcitum*.

Dego. ibid.

Sic etiam *prodigo*, Farnab.

Strideo, ſtridi. ibid.

Strido usurpat Virg. Æneid. 8.

Occido occaſum. recidoque recaſum. ibid.

Supina vix extant, sed participijs inde derivatis *occaſurus*

& *recaſurus* uſus eſt ipſe Cicero.

Linquo, luo, metuo. ibid.

E *linquo* compoſitis extant ſupina *relictum*, & *delictum*; a *metuo* olim erat *metutum*, quo uſus Lucretius lib. 5. a *luo* eſt *luiturus*, quod unde, niſi a *ſupino*?

Deſtituuntur autem ſupinis *egeo, indigeo, pendeo, algeo, fulgeo, turgeo, urgeo, neo, antecello, depango, oppango, repango, circumpango; vado*, item & *temno* ſimplicia: ſic *inceſſo*; & *lapio* cum compoſitis, *inſipio*, & *deſipio*. Ex anomalis autem conjugationis ſolummodo *geſtio*.

Et quscunque in ui. ibid.

Cujus ſortis ſunt compoſita a *maneo*, quæ mutant vocalem primam in *i*; ut *præmineo, emineo*, &c. ſic è compoſitis a *teneo, abſtineo, attineo, pertineo*.

Exceptis oleo, dolco, &c. ibid.

Non equidem quia ſupina (quod ſcimus) uſpiam leguntur, ſed quia exinde fluunt participia *oliturus, dolituru, placiturus, taciturus*, &c. De ſupinis autem ex *oleo* compoſitis vid. quæ diximus ad Reg. *Quamvis vult oleo*, &c.

Paritum eſſe conditioni dixerunt I C C. Sed hoc infinitivus modus ab impersonali *paretur*, non a ſupinum.

A *Seneſco ſenui* eſt *ſenectum*, eſt etiam *ſenectus*, tùm ſubſtantivè, tùm Adjectivè pro *ſenilis*, ut *ætas ſenecta* Plaut. Amphit. *ſenecta corpore* Salluſt. Hiſt. 4.

A *jaceo* etiam eſt *jaciturus* Stat. 7. Theb. verſ. 777. *nullus jacituræ ſepulchro*, licèt *jacitum* non extet.

De verbis defectivis. [pag. 56.]

Aiebat. ibid.

Pro quo *aibat* dixit non nemo vett. Tertullianus in Perfecto *aierunt*, ſed Africana Latinitas haud imitanda.

Auſim, is, it. ibid.

Per ſync. ſcilicet, ex antiquo *auſerim* (ie) *auſis*, *auſit*, *fuerim*.

Ave aveto. ibid.

Ave defectivum est tantum, quando vox est salutationis, nam pro *cupio* plura admittit tempora.

Cedite. ibid.

Pro quo per Syncop. Plautus dixit *cette*, Mercat. act. 3. sc. ult.

Faxint. ibid.

Ad hanc formam etiam Plautus usus est *adaxint*, pro *adegerint*.

Ind. quæso plur. quæsumus. ibid.

Lucret. lib. 5. habet in tertia singulari *quæsit*, fortasse pro *quærit*, literis inter se commutatis *r* & *s*.

Insit dicit *significans.* ibid.

Insit non *dicit*, sed *incipit* significat. Vid. Plaut. Aul. Act. 3. sc. 4. Post quod nonnunquam addendum *loqui*, vel *fari*, unde glossæ Philoxeni. *Insit*, ἄρχει λέγειν.

Inquio, &c. ibid.

Etiam in imperfecto *inquiebant*.

Addas *age* plur. *agite* & compos. *apage* plur. *apagite*, &c. ἄπαγε, ἀπάγετε.

Impetrasso, is, it est pro *impetravero, is, it*, & *impetrassere* pro *impetravisse esse*, cujus formæ sunt aliæ multæ apud veteres, qualia *excantasso*, *levasso*, *objurgasso*, *invitasso*, *vexasso*, *licessit* pro *licuerit*, *prohibesso*, pro *prohibuero*, &c.

Nec multum absimile *jusso is, it*, pro *jussero is, it*. Plautus dixit *duit* pro *det*, *duint* pro *dent*, & pro *dant* *duunt*.

Novi *omnes voces præter. perfect. &c.* [pag. 57.]

Tutò etiam dicas a præsente *noscat*, *noscatis*, *noscere*, *noscitur*, *noscuntur*, & in imperat. *noscite*, præeuntibus summis Romanæ puritatis ducibus Cicerone, Terentio, Ovidio, &c.

Memento. ibid.

Et in participio *meminens.* Ut Livius (teste Prisciano) *Meminens Varro corde volutat.*

Dor, furo, for, simplicia non reperiri. ibid.

Ut nec reperitur *fei* in Imperat.

Ovat, & *ovans* partic. tantum in usu esse observavit nostras Farnabius.

Ibo & quibo. ibid.

Verùm pro *transibit* Tibul. lib. 1. eleg. 4. dixit *transiet*, & ver. Inde p. Math. 11. 6. *ex te enim exiet dux*, pro *exibit.*

Sed nec hanc formam tantùm sequuntur *eo* & *queo*, sed & alia verba quartæ conjugationis apud veteres. Ter. Eunuch. Act. 1. sc. 2. *neque sciebat, neque per ætatem etiam potuerat.* & Phorm. Act. 3. sc. 2. *Nam hic me hujusmodi scibat esse.* Catullus de nuptijs Pelei & Thetidis. *Velivra virgines custodiebant calathisci.* Virg. Æneid. 6. *Lenibat dictis animum*, & 8. *Tum mihi prima ætas vestibat flore juventa.* Eodemque modo Idem dixit *nutribant & polibant.* Itemque Propertius lib. 4. eleg. 12. *Atque hinnuli pellis totos operibat amantes.* Plautina lege et est istiusmodi apud Lucretium, & Plautum.

Plautus in futuro etiam dixit *expedibo, opperibor, sciam, aperibo, meritibitur, amicibor, reperibitur, dormibo.*

Nonq; ita Is solus, nam apud Terentium legas *sciebo, servibo* apud Catonem *dormibit*, apud Palladium *lenibit*; neque ipse Horat. metuit dicere *mollibit aversos penates*, lib. 3. Od. 33.

Nec tantùm quartæ futurum per *bo* extulere vett. sed nonnunquam etiam tertiæ, nam Plautus. Epid. Act. 1. sc. 1. dixit *reddibitur*, & Casin. Act. 1. Sc. 1. *reddibo*; pro *reddetur* & *reddam*; nisi mavis legere cum Gasp. Schoppio lib. 4. Suspl. Lect. epist. 13. *reddebitur*, & *reddebit.*

Nam quædam quæ nunc tertiæ, olim variabantur quæ essent secundæ, *exfugebo* pro *exfugam* usus est Plautus Epid. Act. 2. sc. 2. *Dicebo*, pro *dicam*, & *fidebo* pro *fidam*, olim apud Nævium de Pathicis fuisse dicta, ostendit Nonius lici-

cùet pro *fidebo* Voſſius ſcribat *vivebo*.

Iraſcebor etiam eſt in Gloſſis vett. pro *iraſcar*.

Sed & quædam, quæ nunc tertiæ, olim erant quartæ; nam pro *caperet* apud Lucretium lib. 1. eſt *cupiret*, & pro *parire*, *parire* apud Ennium. *Sallere* pro *ſallire*, ſive *ſalire*, dixit Lucilius in 8. & pro *fodere* habet *fodire* Columel. lib. 11. cap. 2.

Vulgò dicimus emori, ſed, pro eo, *emoriri* uſus eſt Terent. Eunuch. Act. 3. ſc. 1. & Ennius Annal. 14. *ſi vivimus ſive morimur*.

Vi potĭtur--dixit Virgilius. Lucilius——*pane potĭtur*. quod tamen in Infinitivo ſemper eſt quartæ.

Gradior, & *Orior*, olim et am erant dubiæ formæ: nam *aborior* in Infinit. adhuc dicimus *oriri*, & *agradior* eſt *aggreditur*, per ultr. product. ut probat iſtud Pacuvii apud Feſtum in manticulatum. *Aggreditur aſtu regem: manticulandum eſt mihi*. Nam in verſu trochaïco, qualis hic eſt, tertia ſyllaba eſt porrigenda.

Nonnulla quoque quæ vulgò ſecundæ, antiquè fuerunt tertiæ: nam *connivĕre* pro *connivēre* dixit Calvus apud Priſc. 9 *reſpondĕre* pro *reſpondēre* Manlius in Quincto.

Fervĕre, *fulgĕre*, *ſtridĕre* ſunt apud Maronem penultimâ correptâ. *Scatĕre* pro *ſcatēre*, oſtendit Giffanius in Judice Lucretiano.

Cavĕrem, pro *cavērem*, eſt apud Tibullum lib. 1. Eleg. 4. ſic enim legit Jo. Scalig. & Marcus Brutus apud Diomedem dixit *irridunt* horum lachrymas, pro *irrident*.

Sono, & *lavo*, vulgò formantur juxta primæ conjugationis normam. Sed *lavere* uſus eſt Plaut. Trucul. Act. 11. ſc. 3. Horatius od. 4. lib. 2. pro *lavat*, dixit *lavit*: *Sono* verò eſſe tertiæ probant plurimis exemplis Nonius, & Priſcianus.

Tono etiam, & *boo*, olim tertiæ, teſtante Nonio.

Præter *denſo*, *as*, eſt etiam *denſeo*, *es*; *hoc* uſus eſt Maro Æneid. 10. & Georg. 1. *illo* Lucanus. 9.

Communiter dicimus *nexo*, *is*, ſed Virg. Æneid. 5. aliter dixit, *Nexantem nodis, ſeque in ſua membra plicantem.*

De verbis anomalis. ibid.

Pro *ſum* dixere vett. *eſum*; & *eſumus* pro *ſumus*.

Et in Imperativo *eſunto* pro *ſunto*;

In futuro *eſcit*, pro *erit*; & in compoſ. *obeſcit*, *ſupereſcit* pro *oberit*, *ſupererit*.

Participium erat *ens*, quod ſupereſt incompoſitis *præſens*, *abſens*. In Optat. Pot. & Subjunct. præſ. *ſiem*, *ſies*, *ſiet*, &c. pro *ſim*, *ſis*, *ſit*.

Pro *poſſum*, ex *potis* & *ſum*, legas integrè *potiſſum*, & in Infinitivo *poteſſe* ſive *potiſſe*. In tertia autem perſona *poteſtur*, *poteratur*, *poſſetur*; (pro *poteſt*, *poterat*, *poſſet*) paſſivâ terminatione in vetuſtis libb. reperiunda.

Pervolit notavit Obertus Giffanius è Cicerone, factum ex *per* & *volit* pro vult.

Mavelim, *mavellem*, & *mavelam*, ſunt apud Plautum pro *malim*, *mallem*, & *malam*.

Tetuli pro *tuli* dixerunt multi.

Edim, pro *edam*, eſt apud Plautum; & *eſtur*, pro *editur*; quo uſus etiam Ovid. de Ponto eleg. 1.

De verbis perſonalibus. [pag. 58.]

Horum tamen quædam perſonaliter uſurpantur.

Vide quæ loca citata ſunt ad reg. Nonnulla imperſonalia remigrant, &c.

A liquet non extat præteritum. ibid.

Scilicet quando eſt imperſonale, & (μεταφορικῶς ſumptum) ſignificat clarum eſt. Nam a *liquet*, quod propriè eſt *fluere*, vel *liquidum eſſe*, præterit. eſt *licui*, unde compoſita *delicui*, & *collicui*. Ovid. 4. Metam. *Protinus imbutum cœleſti nectare corpus Delicuit*, &c. Varro lib. 3. Rerum D. *Lucius Scipio cùm aurum haberet in ciſtâ viminea, fulmine ita eſt ictus, ut ciſta eſſet integra, aurum collicuiſſet.*

Miſeret & *miſereſcit miſertum eſt* vel *miſeritum eſt*, in & in activâ forma *miſeruit*.

De Gerundijs. ibid.

Accomodatiùs fortaſſe dicerentur *Gerunda*, quàm *Gerundia*, *a gerendo*, quia aliquid *gerendum*, hoc eſt *agendum* vel *adminiſtrandum* ſignificant.

Utrum ad verba an participia propriùs pertineant. [pag. 57.] Ad *neutra* vult pertinere Voſſius, non ad *verba*, quia caſus habent, nam Nominat. eſt *amandum*. Gen. *amandi*. Dat. *amando*. Accuſ. *amandum*. Abl. *amando*. non ad participia, quia non ſignificant tempus, nam cujuſvis temporis verbis adjunguntur, ut *eo ſpectandi gratiâ*, *ivi ſpectandi gratiâ*, *ibo ſpectandi gratiâ*, ſed inter nomina verbalia refert; neque obſtat, quod caſum verbi regunt, nam id etiam faciunt alia verbalia, ut Plaut. Amphit. Act. 1. ſc. 3. *Quid tibi hanc curatio eſt rem?* Trucul. Act. 2. ſc. 7. *quid tibi hanc additio eſt?* Liv. lib. 25. *Hanno vitabundus caſtra hoſtium.* Videquæ infrà dicuntur ad reg. *Gerundia*, *ſive Gerundivæ voces*, &c.

Interdum etiam paſſivè ſignificant. ibid.

Sic Virg. Eglog. 8. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*; ubi *cantando* interpretatur Servius *dum ei incantatur*.

De Supinis. ibid.

Vocantur *ſupina κλαζομενῶς*, quòd inſtar ſupinorum, & otioſorum hominum, omnia habeant confuſa permiſtaque, tam numero, perſonæ, aut tempori obſtricta. Ita ſtatuit Probus. Priſcianus verò tradit ita dici, quòd noſcantur a participiis paſſivis, quæ ſupina appellata ſunt, quia, infimo loco ſita totum conjugationis ordinem molemque ſibi incumbentem veluti ſuſpiciant. At neutra ſententia placet Voſſio, qui tertiam ferr, nempe derivata a participijs præteritis ideo vocari ſupina, quòd, re geſtâ & præteritâ, liceat nobis eſſe ſupinis, & otioſis. Sed utriùm ejus ſententia ſit cæteris probabilior, doctiorum arbitratus eſto.

De

De Participio.

Tempus.

Præsens in ans, & ens. [pag. 60.]

At hoc participium in *ns* non semper *præsentis*, præter etiam nonnunquam significationem habere evincunt multorum loca. Plaut. Amphit. Act. 4. sc. 2.—*Amphitruo cum uxore, modo ex hostibus adveniens*, *tatem capit.* Ter. Phorm. Act. 5. sc. 1. *Offendi adven quocum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam.* C pro Ligario C. *Pansa mihi nuncium perferente*, *fasces laureatos tenui*, (i. e.) *cum nuncium pertulisset.* si plura velis. Valer. Max. lib. 1. c. 2. Columel. lib. 5. Plin. 8 cap. 52. Martial. lib. 10 Epigr. 73. Auguſt. turn. lib. 6. Mercurij majoris cap. 11.

Alterum in dus. ibid.

Sed hoc participium, quando venit a verbis tertiæ jugationis, olim, pro *e*, habuit *u*, ut *scribundus*, *dundus*, *reddundus*, *faciundus*, *dicundus*, pro *scribendus*, *dividendus*, &c.

Aliquando etiam notat præsens tempus, ut Virg. Æneid. lib. 9.

Turne, quod optanti divum promittere nemo,
Auderet, volvenda dies en attulit ultro.

Est enim *volvenda dies* quæ jam volvitur, licèt hæc nesciamus Serinum interpretari *dies volubilis*: cui facile forte assentire possis, quòd dicatur etiam *volvendis mensibus*, *volvendæ ætas*, *volvenda glans.*

Aptius fortasse profertur istud Livij. lib. 1 *Quæ ante conditam, condendamve urbem*, &c. *ante conditam urbem*, (i. e.) antequam urbs existeret; *ante condendam*, (i. e.) tempus in ipsa constituenda urbe, dum conditur.

Significatio.

Activè significant ea participia, quæ ab activis, &c. ibid.

Tamen participium *volens* passivè usurpat Sallustius lib. Hist. ubi *volentia verba* Nonius interpretatur *placentia*, *crudens* passivam habet significationem. Etiam *volventia fata* passivè usus est Maro, & *vehens* non raro ponitur pro *vectus*, fortasse subaudito pronomine reciproco. Vide infrà ex dicta ad *verba transitiva*.

A quibusdam neutris reperiuntur etiam Particip. in dus.

Sic a *nascor*, quod neutrum est significatione, formavit *nascendus* Agellius c. 10. lib. 3.

Passivè significant quæ a passivis descendunt. ibid.

Excipias hinc *circumspectus, consideratus, profusus, cautus, actus, suetus, argutus, falsus, disertus*, quæ activè significant: nam *circumspectus* non est, qui *circumspicitur*, sed qui *circumspicit*; quod intellige de cæteris: Nisi mavis esse nomina quam participia.

Osus etiam activè significat, ut & *exosus*, & *perosus*.

Totus activè, & passivè significat; *apotus* activè tantum, vel neutraliter; at *epotus* semper passivè.

Participia præteriti à deponentibus nunc activè, nunc passivè significant. ibid.

Sic *commentatus, commentus, confessus, deprecatus, dedicatus, eblanditus, exorsus, execratus, interpretatus, lamentatus, machinatus, mercatus, meritus, opinatus, pactus, professus*, quæ vulgò actionem innuunt, apud optimos latinæ linguæ Autores in passivâ etiam significatione reperiuntur. Ratio est, quòd verba, unde hæc fluxerunt participia, illa erant communia: De quibus vide quæ diximus ad *verbum deponens*.

Est verò ubi simplex quidem activè semper accipiatur, compositum autem semper passivè, ut *ultus* Act. & *inultus* Pass.

Quod

Quod videas etiam usu venire in neutris, nam *ausus* sit vum, *inausus* passivum.

Ab Impersonalibus nulla extant participia præter pœnitens, &c. ibid.

Audacter sanè: sed qui versatus erit legendis Autoribus Latini sermonis, participiorum impersonalium messem meret longè uberiorem, nam *licitarum*, a *licet*, dixit Cic. lib. 2. ad Attic. epist. 1. *puditurum* a *pudet* Plin. lib. 36. c. 15. *pœnituruum*. sive fortasse (quod analogia requirat magis) *pœnititurum* Sallust.

Ejusmodi etiam participia formantur a *præstat*, *constat*, *vacat*, *evenit*, *convenit* & similibus.

Vulgaria sunt *misertum*, *libitum*, *licitum*, *puditum*, *pigitum* a *piget*, a quo etiam *pigendus*.

Longè verò major horum prosapia orta est a passivâ vo quæ vulgò quidem creduntur a verbis integris descendere cùm revera fluunt a verbis impersonal bus, ut *cessatus*, *erratus*, *pugnatus*, *cursus* & multa alia, non a *cessor*, *error*, &c. quæ nusquam dicuntur, sed a *cessatur*, *erratur*, *pugnatur*, *curritur*, quæ fere impersonaliter usurpantur. Eadem est ratio participiorum in *dus*, nam *eundus*, *vigilandus*, *dormiendus*, &c. sunt ab *itur*, *vigilatur*, *dormitur*, similibus.

Participia degenerant in nomina——vel etiam componuntur cum dictionibus.

Compositio non mutat naturam *participij*, nisi etiam tollat notationem temporis, nam proculdubio in his formulis loquendi, *insperante Pamphilo*, *incientibus nobis*, *indictâ causâ*. *hominibus injudicatis*, *indemnatis*, *participij* æque ac naru â, ac si dicerem *neutiquam sperante*, *nescientibus*, *nulla dictâ*, *non judicatis*, *non damnatis*.

Neque semper id facit comparatio, nam *occlusissimus*, *exclusissimus*, *cognitior*, *armatissimus*, *exspectatior*, *exspectatissimus*, & similia, nonnullibi tempus adsignificant, ideoque post comparationem non statim migrant in nomina.

De Adverbio.

Adverbium est Pars orationis, quæ adjecta verbo, &c. ibid.

Aliquando etiam participio; ut, *scitè pingens*; *Nomini*; *egregiè formosus*; *pronomini*; ut, *planè suus*; nec *mihi & sibi*, ut *nimis acutè*. Nomen igitur accepit, non ex quòd *solis* adjiciatur *verbis*, sed quòd *plurimùm*.

Hinc illinc. [pag. 63.]

Pro quibus veteres scripserunt *him*, & *illim*, & *illi* pro *illic*; ut Ter. Phorm. Act. 1. Sc. 2. *Interea dum sedemus illi*, &c.

Adverbia temporis.

heri. ibid.

Quod et am aliquando per *e*, ut *herè*; sic *præfiscini*, & *præfiscine*; *peregri*, & *peregrè*.

Nudius tertius, nudius quartus. ibid.

Contracta scilicet ex *nunc dies tertius*, *quartus*, &c. Vide infrà *Adverbia composita*.

Olim, *quondam.* ibid.

Nunc *præteriti*, nunc *futuri*; sed nonnunquam *incerti temporis*, ut Plaut. Mil. Glor. Act. 1. Sc. 1. *Curate*, *ut splendor meo sit clypeo clarior*, *Quàm solis radii esse olim*, *quum sudum'st*, *solent*. Ubi *olim* valet idem, quod *aliquando*: ut & *quondam* illo Virg. 3. Georg. *ut quondam Tiberis magnus fine viribus ignis*.

Simulac simulatque. ibid.

Pro *simulac*, *simulatq*; legitur aliquando *simul*, sine *ac*, vel *atq*; ut Tull. lib. 2. Acad. Quæst. *Itaq*; *simul experrecti mus*, *visa illa contemnimus*.

Ordinis

Ordinis.

Priusquam. ibid.

Pro quo nonnulli *quàm prius*, Atticorum exemplo, q dicunt ἢ πρὶν, pro πρὶν ἤ.

Negandi. [pag. 64.]

Vulgò dicitur, *Si duæ negationes occurrunt, habent vi affirmandi*: quod etsi plerumque verum est, tamen, i multis locis veterum, aliter esse invenias. Exhibebimus al quot. Plaut. Mil. Glor. Act. 5. *Jura te non nocitura esse homini hac de re nemini*: & Epid. Act. 4. Sc. 1. *Ne ego nunc ubi sit nescio.* Ter. Eunuch. Act. 5. Sc. 8. *Ad omn hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est.* Ov lib. 1. de Ponto.

Mors faciet certè, ne sim, cùm venerit, exul;
Ne non peccarim, mors quoque non faciet.

**Al. ut.* Tibul. lib. 4. eleg. 7. *Ne legat * id nemo, qui meus ante, velim.* Propert. lib. 2. c. 19. *Absenti nemo n nocuisse velit.* Si plura vis vide annotata ad *Conjunct. Cu* &c.

Hortandi.

Age Agite. ibid.

Potiùs inter verba annumeranda, sic etiam *amabo*; n aliquando suppletur Accusativus: *amabo te, amabo vos.*

Optandi.

Si. ibid.

Nam *si* aliquando sine o. Ut Virg. Æneid. 6. — *Sic precatur, si nunc se nobis ille aureus arbore ramus, ostend nemore in tanto*, i. e. *o si*: sunt verò qui hæc omnia ad lonam interjectionum relegant. *Intende*

Intendendi.

Valde. ibid.

Quàm etiam pro *valde*, tam positivo quàm superlativo, junctum, ut *quàm gratissima*, Ter. *quàm honorificè*, Cic.

Negatæ solitudinis.

Non modò. ibid.

Aliquando *non modò* idem est quod *non modò non*, ut Cic. Cat. l. 1. *Nunquam tu non modò otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium, concupîsti*: & Catil. 2. *ut jam ista, non modò hominis, sed ne pecudes quidem, mihi passuræ videantur.*

Comparatio.

Adverbia à nominibus nata comparantur, etiam sæpe, sæpius, &c. [pag. 65.]

Nam & *sæpior*, & *sæpissimus*, antiquos dixisse, rectè ait Priscianus.

Sed & pauca etiam extant, quæ quamvis non à nominibus deriventur, tamen habent comparativa, vel superlativa, ut *satius*, à *satis*; *secius*, à *secus*; *diu, diutius, diutissime*; *pene, penissime*: sed fortasse *satis* est à *satior*, *secus* à *secior*; quorum hoc usus est Appuleius, illo Varronius lib. 17. c. 5.

Species.

Derivata quæ nata aliunde—— ibid.

Quorum terminatio varia est, scilicet in *atim*, *itim*, *tim*, *tus*, *e*, *im*, *um*, *o*; ut *centuriatim*, *viritim*, *sensim*, *cœlitus*, *facilè*, *vicissim*, *primùm*, *citò*. At certis legibus, quomodo à primitivis formantur singula, declarare, laboriosum est, nec operæ pretium esse videtur. Hoc tantum volumus, ut observent pueri, quæ fluunt ab adjectivis in *us*, plerumq; exire in *e*, sed aliquando tam

in

in *o*, quam *e*. utrumque enim dicitur *tutissimò* & *tutissimè*, *arcanò* & *arcanè*, *commodò* & *commodè*, imo *saepiùs* & *raiò*, potius quàm *falsè* & *rarè*: aliquando in *e* & *im* ut *minute* & *minutim*, &c. nonnunquam in *o* & *um*, *primò*, & *primùm*: sed *secundò* tantùm; nam *secundum* praepositionem præceps vocò dicitur *tertiò*, & *tertiùm*; *quar* & *quartùm*, &c. Imò olim à Pompeio ad doctissimos civ tatis relatum erat, utrum *se* scriberet *tertiò*, an *tertium Consulem*: nec de ea re conveniri potuit, donec Cicero lectus arbiter persuasit, ut *Tert.* tantùm scriberet; ita ci fieret, ut penes Lectorem esset, utrum legeret *tertiò*, *tertiùm*: Vid. Agel. lib. 10. c. 1.

Item in *o* & *im*; ut *privatò*, & *privatim*; in *e* & *it* ut *largè* & *largiter*, &c.

A *publicus* est *publicè* & *publicitus*; ab *humanus humaniter*, & *humanitus*: quod non solùm significat *hominibus*, ut *divinitus* à *Dius*, sed etiam *more hominum*, Cicer. Phil. 1. mortem *metuere* (ζῶν); *si quid mihi humanitus accidisset*. Vid. etiam Plin. lib. 10. cap. 63.

Adverbia composita ut imprudenter. ibid.

Quorum aliquot compositionem, quia non adeò apta est, liceat hic pueris observare.

Scilicet *nudiustertius*, *nudiusquartus*, quasi *nunc die tertius*, *quartus*, &c.

Mecastor, *ex ma* particula jurandi apud Græcos, & *Ca stor*.

Quin, ex *qui* et *ne* pro *non*, *qui* inquam tam in Nom quàm Abl. sed omni genere. ut Plaut. *mulier nulla est qu sit mala* (i. e.) *quæ non sit*, *qui* enim in rectò olim ut bantur in tem nino genere.

Cur contractum est ex *cui* & *rei*.

Adamussim & *examussim* (nam utrumque bene Latinum ab *ad* & *amussim*; & *ex* & *amussim*, non accusativo nom nis, sed adverbio objecto; ut *exadversum* non ab *ex* nomine *adversus*, (nam ita *ex adverso* diceretur) sed a verbio, vel p positione *adversum*.

De Conjunctione. [Pag. 66.]

Composita ut namque.

Schacpropter, quapropter per *συναλοιφὴν* ex *hæc* & *propter, quæ* & *propter*, nam veteres neglexere diphthongum, & dixere *qua* pro *quæ*, undè in compositis *siqua, aliqua.*

Equidem putarut à Servio in 1 Æneid. ab *ego* & *quidem* ille conflatum, sed hanc opinionem duplici telo jugulavit Priscianus in fine lib. 16. Primùm quod jungitur cum *ego*, ut in illo Sallustii in Catilin. *equidem ego sic existimo*; sed hoc debile argumentum, potest enim *πλεονάζειν* alterum eorum, ut sæpe accidit in aliis vocabulis. Verum secundum hunc Priscianus; nec cui resisti potest; jungi enim ait, verbis secundæ tertiæq; personæ: Secundæ, ut apud Persium, Sat. 5. *Tu equidem hoc dubites*; tertiæ, apud Catonem in Originibus, *equidem principatus originis semper Scythis debetur*; & addo quod etiam jungitur primæ Plur. ut apud Sallust. in Oratione Catonis; *jampridem equidem nos vera verum vocabula amisimus*, & tertiæ apud Plautum Epid. Sc. *Quid est ubi.* — *Adolescentem equidem dicebant emisse*; & Pers. Sat. 1. *Verme equidem sint omnia protinus alba*; Sed qui curiosè observarunt, Maronem & Ciceronem aiunt, non ita finxisse *hoc adverbium*, quàm verbo singulari primæ personæ.

Nec. ibid.

Nec aliquando ponitur pro *& non*, ac tùm ratione copulati ad aliud refertur, quàm ratione negationis, ut in illo Virg. 3. Geor. *Hunc quoq; ubi aut morbo gravis, aut jam maturus annis deficit, Abde domo, nec turpi ignoscæ senectæ:* (sc.) & *ignoscæ non turpi senectæ.*

Disjunctivæ.

Aut, &c. ibid.

Nihil enim obstat, quò minùs *conjunctiones disjunctivæ* appellentur, etsi enim *conjungunt* sententias, *disjungunt* tamen res.

Adversativæ etsi, &c. [pag. 67.]

Quæ fortasse melius concessivæ vocentur.

Expletivæ ut quidem, &c. ibid.

Huc refer etiam, quando altera conjunctio redundat χατὰ πλεονασμὸν. Nam ut passim legimus *nunc jam*, ità etiam *quamvis licèt*, Cicer. in Lælio, item Lucretius lib. 6. v. 600 & 620. *ergò igitur*. Appuleius lib. 9. *quoque etiam*. Plaut. Epid. Act. 4. Sc. 2. Ter. Heeyr. Act. 5. Sc. 1. *tametsi tamen*. Cicer. Fam. Epist. lib. 4. Epist. 15. *Itaq; ergò*. Ter. Eunuch. Act. 2. Sc. 3. *etsi quamvis*. Cicer. ad Attic. lib. 16. *Quanquam etsi* Apol. secundâ. Ulpianus lib. 1. S. ult. D. ut legato Nom. cave.

Subjunctivæ enim, &c. [pag. 68.]

Sed aliquando præponitur, ut Ter. Phorm. Act. 5. Sc. 8. *enim nequeo solus*; nam ita est in melioribus libris. Plaut. Epid. Act. 5. Sc. 2. *enim istæc captio est*. Ita locutus etiam est Tacitus lib. 4. Histor. *Asiaticus* (*genim is libertus*) *malo potentiam servili supplicio expiavit*. Et cùm est postpositiva, tertio nonnunquam, quartóq; loco ponitur.

Enclitica que, ne, ve. ibid.

Ex his *que* interdum alii verbo jungitur, quàm natura verborum ordo exigebat, ut apud Horat. lib. 2. Od. 19. *pedes tetigitq; crura*, pro *cruraq; tetigit*. Tibul. lib. 1. El. 3. *Messallam terrâ, dum sequitur q; mari*; pro *mariq; sequitur*. Involens etiam est illud Plauti Capt. Act. 2. Sc. 2. *profectò Deus, qui quæ nos gerimus, audit q; & videt.*

De Præpositione.

Præpositio est pars orationis, &c. ibid.

Melius videtur descripsisse Vossius. Præpositio est vox, quam nomen adjungit vel verbo, locum, tempus, causam, conjunctionem, vel privationem significans: nam si nulla vox, quæ præponitur aliis orationis partibus sit Præpositio; tum (*nam*) & (*sed*) præpositiones fuerint; &, nulla vox esset præpositio, nisi quæ præponitur, tum *clus, tenus, cum*, & *usq;* desierint esse præpositiones, postquam casuali suæ dictioni postponuntur; dicitur autem præpositio non quòd semper, sed quòd plurimùm præponatur.

Accidentia Præpositioni.

Præpositioni accidit casuum regimen, &c. ibid.

Figura & *figura* etiam, nam leguntur compositæ, *inante*, *ante*, *pollante*, *circumsecus*, *incircum*, *insuper*, &c. Compositionem passæ statim migrant in adverbia; nam ait Cicer. *inante diem*, *exante diem*, in Epist. ad Attic. quâ Marcum Jurisc. est *incircum porticationes*, apud Vitruv. in lib. 5. cap. 12. *insuper eam exæquationem*; quomodo etiam usurpat Cæsar & alii; sic Ennius. *Præter propter vi-dentur*; ut citatur ab Agellio lib. 19. c. 10.

Præpositiones Accusativum regentes. [pag. 69.]

Ad.

Plerumq; Anglicè est **to**; nonnunquam **at**; ut, *ad eas calendas*; **until**; ut, *ad multam noctem.*

Apud. ibid.

Sæpe **at**: nonnullibi **with**: ut, *non alius quisquam apud eum plus valet*: **before**: ut, *res agitur apud judicem.*

Adversus. ibid.

Vulgò **against** : aliquando **towards** : ut, *omnia ad adversum spectant.*

Citra. ibid.

Ferè nostrâ linguâ reddimus, **on this side** : interd **without** : ut, *citra senatus populiq; autoritatem.*

Ultra. ibid.

Veteres dixerunt *uls* pro *ultra*; ut *cis* pro *citra.*

Extra. ibid.

Extra **without** : aliquando **besides** : ut, *extra te nemo ita sentit.*

Contra. ibid.

Contra **against** : alibi **over-against** : ut, *Carthagò taliam contra.*

Inter. ibid.

Inter **between, among** : etiam **at, or amidst** : *inter cænam.*

Supra. ibid.

Supra **above** : etiam **beyond** : ut, *supra spem, & dem.*

Juxta. ibid.

Pro *juxta* usi sunt *secus*; ut Plin. lib. 24. c. 15. *fluvios*, et Fabius lib. 8. cap. 2. *secus viam.*

Ob. ibid.

Ob **for** : nonnullibi **before** : ut, *fœda mors ob ver sabatur.*

Prope. ibid.

Prope hic malè ascribitur præpositionum civitati,

alverbiorum sit; neq; regit Accusat. nisi per Ellipsin præpositionis *ad*, atq; idem judicandum de *usq;* & *versus*; quæ nonnulli etiam præpositionibus adjungunt.

Præter. ibid.

Præter **beside**: aliàs **beyond**: ut, *ita fugias, ne præter ipsam.*

Post. ibid.

Post **after**: aliquando **behind**: ut, *post fanum putre vastum.*

Penes. ibid.

Penes **in the power**: item **with**: ut, *penes eosdem sunt pericula, penes quos præmia.*

His vetò addas *pone*; ut, *pone castra.* Liv. lib. 10. belli Pyrrhonici; sed non item *versus*, nam id propriè participium est; neq; postulat Accusat. nisi virtute præpositionis *ad.*

Item *secundum*, quæ variè redditur, **according to**: ut, *secundum mandata tua*: **near**: ut, *secundum aurem vulgus accepit*: **next to**: ut, *propè vel secundum Deos*: **on the side**: ut, *secundum nos pronunciavit.*

Præpositiones Ablativum regentes.

A, ab, abs. [Pag. 70.]

Docentur pueri in rudimentis dicere *a, ab, abs*, **from to**, sed varia est harum præpositionum significatio: *nca*: ut *cujus à morte trigesimus est hic annus*: **after**: *à quâ ortus est Sermo varius*: **for**, or **on our side**: ut, *à vobis stetit.* Et *à pedibus* nostrâ linguâ dicimus **a Footboy**: *Secretis* **a Secretary**: *à poculis fuerunt Jovi Vulcanus & Ganymedes*; **Vulcan and Ganymede were Jupiter's Cupbearers.**

Ab *vocalibus præponitur.* ibid.

Imò & *consonantibus* plerisq; ut, *ab Carthagine*; *ab Delio*;

lio, ab Gallis; ab Jove; ab legatis; ab Numa; ab Rege ab Servio; ab tergo.

Abs. ibid.

Hæc autem non nisi ante T ut, *abs te*; & aliquando ut, Ter. Adelph. Act. 2. Sc. 3. *abs quivis homine*, &c.

Absq; ibid.

Quæ nonnunquam exuit naturam præpositionis, ut Ter. Hecyr. Act. 4. Sc. 2. *Si m fortun. tus sum cæteris rebus absq; una hac foret*, (i. e.) *si non hæc una foret*, vel si *esset.*

Cum. ibid.

Nonnullis vocibus postponitur *cum*: ut, *tecum, mecum, secum, nobiscum, vobiscum, quicum, quibuscum.*

Clam. ibid.

Veteres pro *clam* nonnullis habent *absente*, ut Ter. Eunuch. Act. 4. Sc. 3. *absente nobis*; ubi sic vetus interpres pro præposita ne ponit *absente.*

Coram. ibid.

Pro *coram* aliquando dicitur *palam*; ut Horat. Epod. Od. 11. *ubi hæc severus te palam laudaverat*; aliquando *præsente*, ut *præsentibus, præsente testibus*, apud Pomponium, & Attium: & Plautus est *nobis præsente.* Amphyt. Act. 2. Sc. 2. Vide Donatum ad illud Ter. Eunuch. Act. 4. Sc. 3. *Absente nobis*: ubi & Varronem monet dixisse, *Præsente legatis omnibus.*

De. ibid.

De or **concerning**; sed *de piscinâ* **out of the Pond**: *de nocte* **by night**: *de tertiâ vigiliâ* **about the third watch.**

Pro. ibid.

Fo; attamen *pro foribus*, **before the door**: *pro*

manitate tuâ, **out of your courtesie**: *pro opinione vulgi*, **after**, or **according to the opinion of the people**: *pro suggestu*, *pro rostris*, **in the Pulpit.**

Præ. ibid.

Before or **in comparison**; verùm *præ lætitiâ*, *præ dolore*, **of or by reason of joy**, **or grief.**

Præpositiones utriq; casui servientes.

Æquatuor utrumq; &c. sed diversâ significatione. ibid.

Vide quæ infra dicuntur ad reg. *In cùm significatur*, &c.

Sunt & Præpositiones quæ nunquam extra compositionem, &c.

Quæ æquivocè tantùm sunt Præpositiones, ut quæ partes dimaxat sunt vocis, non voces integræ; hujusmodi autem a veteribus dicebantur *Præpositiones loquelares.*

Am dicebatur etiam extra compositionem apud veteres; ut, *am terminum*, (i.e.) *circa terminum*: Interdum commutatur in *an*; ut, *anquiro*, (i. e.) *undequaque quæro*: est autem à Græco ἀμφὶ, unde integrè erat *ambe*, quod indicant composita, *ambedo*, *ambages*, *ambigo*, *ambio*, ubi observatur; Vide quæ infrà dicuntur ad Regulam *Compositæ simplicium quantitatem*, &c.

Con in compositione amittit n. [pag. 71.]

Se & *re* aliquando assumunt *d*; ut in *seditio* à *se* & *itio*, *redeo* à *re* & *eo.*

De Interjectione ibid.

Exultantis ut evax, vah.

Adde his *io*; ut, *dicite io pæan*; quod tamen aliquando dolentis est, ut, Tibullus lib. 2. eleg. 4. *Ubi, io, vemove, sæva puella, faces.*

Dolentis——ah. ibid.

Sed pro *ah* in veteribus libris ſæpiùs *a* legas abſq; ſpiritu, ad modum Græci α !

Silentium injungentis ut au. ibid.

Hujus affectus eſt etiam *pax* ; ut Ter. Heautontim. Act. 4. Sc. 3. *pax ! nihil amplius.*

Eva eſt *bacchantis. Babæ* & *Bombax* ſunt hominis cum admiratione aliquid approbantis, aut mala ingeſta læto animo rejicientis ; ma è huc refertur *tsik*, quæ murum vox eſt ; aut Ariſtophanis βρεκεκεξ, quæ ranarum, aut *bat*, quæ ſonus cornicinis eſt ; ut ium ex ore eximentis, hæ enim nullum animi humani affectum ſignificant, idcóq; non habendæ interjectiones ; *Sis* autem, *ſodes*, & *ſultis*, quæ huc nonnulli afferunt propriè verba ſunt contracta ex *ſi vis*, *ſi audes*, *ſi vultis.*

Concordantia Nominativi & Verbi. [pag. 73.]

In verbis quorum ſignificatio ad homines, &c.

Nonnunquam ante *eſt* reticetur etiam Nominativus rei, ut *bene eſt tibi*, (i. e.) *res bene eſt* ; *eſt quod gaudeas*, (i. e.) *aliquid eſt.*

In iſtis phraſibus *verbo objecta*, *verbo negare ſit* ; *nec ſit mihi credere* ; *eſt cernere* ; *eſt videre*, (ubi *eſt* poni videtur pro *licet*) ſubintelligitur *fas.*

In his *tonat*, *pluit*, *ningit*, &c. ſubintelligitur *Deus*, *cælum*, *aer. Ter tonuit ſine nube Deus.* Ovid. Faſt. 3. Fam. *lucescit* ſup. *ſol*, *dieſcit* ſubaudi *tempus.*

Sæpe

Sæpe verbum reticetur vel
- Tanquam satis notum: ut, *Fortuna fortes, cornici oculum.*
- Tanquam parum honestum: ut, *Novimus & qui te.* virg. 2. Eg.
- Propter affectum aliquem: ut, *Egone illam, quæ illam, quæ me, quæ non?* Ter. Eun. Farn.

Aliquando Adverbium cum Genitivo. ibid.

Nonnunquam *adverbium sine Genitivo*, vel quævis dictio sumpta περιττῶς; ut Martial. lib. 5. Epig. 59. *Dic mihi cras istud, Postbume, quando venit.*

Verba infiniti modi pro Nominat. Accusat. &c. ibid.

Hoc autem non perpetuò obtinet, nam *infinitis*, quæ vel *vocandi*, vel *opinandi*, significationem habent, usitatè additur nominativus; Vide reg. *Infinitum queq; utrinq;* &c.

Interdum reticetur Accusativus præcedens, sed hoc plurimùm in pronominibus *me, te, se, illum*: ut, *statui proficisci*, (i. e.) *me proficisci*; aliquando exprimitur ubi nulla necessitas; ut, Plaut. Mercat. *Jubet scire ex hoc me.* Ter. Prol. Eunuch. *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis.*

Resolvi potest hic modus, &c. ibid.

Nec multum refert utro modo loqueris, nam Ciceroni est ad Atticum. Epist. 4. *cùm scripsissem, quod cuperet se ad urbem venire*, pro (quod usitatius est) *illum cupere se ad urbem venire.*

Verbum inter duos Nominat. &c. ibid.

Quid nisi vota supersunt. ibid.

Interdum nonnunquam loquuntur Oratores; ut, Cicer. Ad. Parad. *contentum verò suis esse maximæ sunt certissimæq; divitiæ*; & Sen. *magnæ divitiæ, lege naturæ, sunt compositæ paupertas.* Nec participia refugiunt hujusmodi structuram; ut Cicer. 2. de Divin. *O deliberationem incredibilem!*

credibilem! *non enim omnis error ſtultitia dicenda eſt.* Ter. Phorm. Act. 1. Sc. 2. *paupertas mihi onus viſum eſt.* Liv. lib. 1. ab V. C. *Gens univerſa Veneti appellati*, & lib. 3. belli Punici, *Ludi fuere Megaleſia appellata*; verùm, prius ſubſtantivum fuerit proprium hominis, haud reſpiciendum alterum à tergo. Nec enim dixeris *Bonoſus Imperator*, *cum vitam laqueo finiſſet*, *amphora pendens* dicta eſt, *ſed* dictus.

Concordantia Subſtant. & Adjectivi.

Adjectivum cum Subſtantivo, &c. ibid.

Servij obſervatio eſt in illud Maron. Egl. 3. *Lenta ſalibus torno facili ſuperaddita vitis*; quod uni Subſtantivo plura nunquam jungantur adjectiva; ſed hanc Sententiam refellit Giffanius in Ind. Lucret. Tit. *Epitheta geminata* multis exemplis ex idoneis Autoribus depromptis; quibus adde idemus iſtud Plauti Aſinar. Act. 2. Sc. 1. *Atq; adi ingenium vetus verſutum te recipis tuum*; & hoc Catulli. Carm. 56. ad Camerium. *Nec Rheſi niveæ citæ quadrigæ.*

Aliquando pro Adjectivo ponitur Subſtantivum, ut in illo Maronis Æneid. 1. *Regales inter menſas Laticemq; Lyæum*; pro *Lyæium* ſive *Bacchicum*. Perſ. Sat. 1. *Heroas ſenſus* pro *Heroicos*; ſic *nemo conviva*, apud Plautum; *nemo homo*, apud Ciceronem pro Milon. pro *nullus*. Vide Reg. *ſunt quæ flexu*, &c.

Et contrà Adjectivum in Neutro genere pro Subſtantivo ut Virg. Æneid. 12. *longum per inane*. Perſius Sat. 2. *Inane bonum generoſo pectus honeſto.*

Ad eundem modum participia, &c. ibid.

Si quando verò occurrunt hujuſmodi loquendi formulæ qualis C. Gracchi; *Credo ego inimicos meos hoc dicturos*; Tullij Verr. 5, *Hanc ſibi rem ſperant præſidio futurum*; Ovid. lib. 1. Eleg. 1. de Tritib. *quæventi plura legendum*; & Plauti; *Juſtam rem & facilem eſſe oratum à vobis volo*. Sciendum, quòd voces illæ, quæ videntur eſſe participia, non

unt, ſed vel futura, vel Præterita Infinit. quæ omnis generis, & numeri, non dubitarunt uſurpâſſe vett. ſed Futura longè ſæpiùs, quàm præterita, imò extra illud unum, quod produximus ex Plauto, neſcimus, an de præterito aliud reperiundum ſit exemplum.

Neq; diſcordantia in iſtiuſmodi pronominis Syntaxi, *quis hæc eſt? quis ea eſt? quis hæc mulier?* quam non ſemel apud Plautum invenias; nam iſtius ævi Autores *quis*, ut cætera Adjectiva in *is*, communiter uſurparunt.

Edita Terentius *quiſquam* Eunuch. Act. 4. Sc. 4. *Hunc tuiſ ſuis noſtrarum nunquam* quiſquam *vidit.*

Aliquando per ἔνδειψιν ſubintelligitur Subſtantivum, ut, Ovid. Metam. 13. Fab. 8. *Hoc pecus omne meum, multæ quoq; vallibus errant, multas Sylva tegit, multæ ſtabulantur in antris*; hic enim ſubintelligitur *oves* vel *pecudes*: & in quarto Faſtorum; *Neve minus multas redigam,* (i.e.) *multas oves.*

In iſtis verò. *Triſte lupus ſtabulis*; *Dulce ſatis humor*; *Varium & mutabile ſemper Fœmina*; &c. ſubintelligendum eſt *negotium* tranſcendentali, ut vocant, ſignificatione, pro eo quod Græcis πρᾶγμα, Latinis aliter *res* dicitur.

Quando dicitur *lavari calidâ*; *frigidam bibere*; ſupplendum eſt *aqua*. Ovid. 1. Faſt. *Bruma novi prima eſt veteriſq; noviſſima ſolis*: hic deeſt *dies*.

Cùm aliquis dicitur ad *incitas redactus*, deſideratur *lites*.

Iniſto Ter. Eunuch. Act. 5. ſc. 8. *non cognoſco veſtrum tam ſuperbum.* & Andr. Act. 5. Sc. 5. *Antiquum obtines*, ſuppleas *morem*, *animum*, vel *ingenium.*

Ubi Legis *Liburnica biremis*, *triremis*; reſpicitur *navis.*

Donari centenis æris (i. e.) *nummis*; *eâdem feceris*, ſcilicet *operâ.*

Aſinius Pollio ad Ciceron. *Herennium Gallum in quatuordecim ſeſſum deduxit*, ſupple *ordinum.*

Primas,

Primas, secundas, posteriores, postremas ferre, nempe *partes*.

Reliquiæ intellige in *parietinæ* ut Cicer. lib. 13. Epist. ad Memmium. *ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sit concedetes.*

In his, quibus usi sunt veteres, teste Agellio lib. 1. cap. 25. *die crastini, die quincti, die perendini*, &c. dec *solis*. Cicer. lib. 2. de Legg. *discebamus pueri duodecim*, (i.e. *tabulas*; idem lib. 2. contra Verrem. *C. Verrem Romilia* scilicet *tribu*.

Dalmatica, chiridota, subaudi *tunica*. Virg. Æncid. 1. *Tres Eurus ab alto in brevia & syrtes urget*, &c. hic subintelligas *vada* vel *loca*.

Plura exhiberi possunt exempla ubi reticetur Substantivum, sed quod proprio marte facilè offendant pueri, qualia isthæc. *Implentur veteris Bacchi pinguisq; ferinæ*, apud Virgil. *Nobilis hirsutâ jungatur purpura burræ*, in vett. Epig. cuivis enim occurrit in priore loco subintelligi *carnis*, in posteriore *vesti*; *vestis* autem *burra* nunc dicitur *vestis rusa*, quasi à πύῤῥος, nunc *hispida*, tanquam à βίῤῥος.

Al quando ponitur Substantivum in Genitivo quasi Adjectivum esset nomen participium; ut, Plin. lib. 8. c. 38. *Nigræ lanarum nullum colorem bibunt*. Agellius lib. 5. c. 20. *nos neq; solœcismum, neq; barbarismum, apud Græcorum idoneos adhuc invenimus.*

Sed hoc ad Græcorum imitationem; nam hi dicunt pro φαῦλοι ἀνθρωποι, φαῦλοι τοῦ ἀνθρώπων.

De istis loquendi formulis *absente nobis*, *præsente nobis*, vide quæ diximus ad præpositiones *clam & coram.*

Aliquando oratio supplet locum Substantivi. ibid.

[1] Quod & quævis etiam dictio facit sumpta πεζοτῶς, ut *cras istud*, apud Martialem: *Sæpe vale dicto rursus sum mihi lecturus*, Ovid. Trist. lib. 1. Eleg. 2.

Concordantia

Concordantia Relativi & Antecedentis. ibid.

Relativum cum Antecedente concordat, &c.

Nonnunquam *Antecedens* repetitur in eodem casu cum Relativo, ut Cicer. lib. 3. ad Attic. Epist. 3. *erat hic dies 7. Id. quo die suspicabamur, aut pridiè, Brundusium venisse Cæsarem*; & crebrò admodùm ita loquitur Cæsar, ut videre est in 1. lib. de bell. Gall. & aliâs.

Tum autem imprimis adhibenda est hæc repetitio, quando duobus nominibus diversæ personæ, aut rei, antecedentibus, certum facit, utri referendum sit relativum, ut in illo Appulei, *Leodamantem Cleophili discipulum, qui Cleophilus*, &c. nisi enim Antecedens repeteretur, per nucum *qui*, relictum foret incertum, utrum *Leodamas*, an *Cleophilus* intelligatur.

Aliquando solum cum *Relativo* repetitur *Antecedens*, & in proprio loco reticetur, ut Ovid. —— *Cecidere manu, quas legerat herbas*; Fab. *vereor, ne, quos porrexerim cibos, venena fiant*, hic si ante fiant [*cibi*] illic ante cecidere [*herbæ*] ponas, nullus usus antipròsi, sana omnia.

Elegantur subintelligitur *Antecedens* ante verbum Substantivum *est* vel *sunt*; ut, Hor. Od. 1. lib. 1. *Est, qui nec spernit*, suppl. *homo*; *sunt, quos juvat*, subaudi *homines*. Interdum ipsum Relativum, si semel fuerit expressum, postea reticetur, & ita reticetur, ut supplendum sit casu diverso, ut Sallustii in Jugurth. *Dum equites prælianter, Bocchus cum peditibus, quos filius ejus abduxerat, neq; in priore pugnâ adfuerant, postremam Romanorum aciem invadunt*, pro *neq; in priore qui pugnâ adfuerant*; ἕλλειψις ejusmodi est Cæsari, Hirtioq; non infrequens.

Relativum inter duo Antecedentia, &c. ibid.

——*Flumine quod Saliam vocant.*

——*Jovis Stella quæ Phaëthon dicitur.*

Equibus exemplis satis refutatur Servij Sententia, quâ statu-

flatur si alterum *Antecedentium* sit *nomen proprium*, *Relativum* sequi *ejus* naturam.

Qualis etiam imitatur hanc indifferentiam Relativi, *nunc cum priore*, Hor. Epod. Od. 8.

Sed incitat me pectus, & mammæ putres,
Equina quales ubera.

Nunc cum posteriore, idem Epod. Od. 5.

Nardo perunctum: quale non perfectius
Meæ laboravunt manus.

Et quid metueres eodem modo uti *quantus*, cùm utriusq; eadem sit ratio?

Quotics nullus Nominativus, &c. [Pag. 75.]

At si Nominativus Relativo, &c.

Rationem eandem subeunt *Interrogativa* & *Indefinitiva*; viz. *quis*, *qualis*, *quantus*, *quot*, *quotus*, *uter*.

Aliquando *Antecedens* & *Relativum* Græco more, in eodem casu ponuntur; ut Lucilius Ciceroni lib. 5. Epist. 14. *Cùm scribas aliquid eorum*, *quorum consuevisti*, *gaudeo*.

Nonnunquam etiam subaudiatur id, quod casum Relativi determinat; ut Cicer. in Rullum. *Legemq; his rebus*, *quam ipsis videretur*, *edicerent*, (i. e.) *quam edicendam esse*, vel *quam edicere videretur*.

Substantivorum constructio. ibid.

Quum duo Substantiva, &c.

Interdum ponitur posterius Substantivum in partio casu, quamvis rem eandem cum priore significet; sed de hoc vide quæ dicuntur ad *figuram Appositionis*.

Posterius autem ferè significat, vel *materiam*; ut, *nummus argenti*; *totum*; ut, *fecit anseris*; *partem*; ut, *vir magni nasi*; *subjectam*; ut, *facundia Ulyssis*; *adjunctum*; ut, *vir magnæ staturæ*; *causam efficientem*; ut, *Ilias Homeri*.

*i; finalem ; ut apparatus triumphi ; fectum ; ut , deliberatio ſtudiorum ; relatum; ut, mater Socratis ; poſſeſ-sum; ut, pecus Admeti ; tempus ; ut, tium horæ ; locum ; ut, incolæ hujus is; locatum ; ut, amphora vini.

*Sic Cæſar pro Cælio dixit inſidiæ alicujus pro iis quæ alicui intenduntur.

Nomina verbalia interdum pro Genitivo habent poſt ſe-ſum verbi ſui ; ut , traditio alteri , redditio ei ; quia tra-re & reddere regunt Dativum ; ſic reditus domum , & ſi-lia. Plaut. *Quid tibi hanc rem curatio eſt?* Amph. Act. 1. 3. Plura qui cupit videat infrà, quæ diximus ad *Gerundia & Gerundivæ*, &c.

Proinde hic Genitivus—in Adjectivum poſſeſſivum, &c.

Aliquando pro *Adjectivo Poſſeſſivo* eſt Ablativus cum poſitione : ut , Maro , *Paſtor ab Amphryſo.* Georg. 3. ſo lib. 2. Amorum eleg. 6.—*ales ab Indis*, (i. e.) *Paſtor ab Amphryſe* ; *ales Indica.*

Interdum omiſſâ præpoſitione ; ut , Plaut. Mercat. Act. ſc. 2. *vidco ibi hoſpitem Zacynthо.* Ter. Heaut. Act. 5. ſc. 1. *erat the-anus Corynthо haud impura* — ſimilitere Cato R. R. *ſoleas Syracuſis.*

Exceptio. ibid.

— *Quæ in eodem caſu per appoſitionem*, &c.

In appoſitione aliquando latet prius Subſtantivum; ut, Cic. lib. 5. Epiſt. ad Marcellum , *meæſtu lato , me con-tentum ſtudium Adoleſcentis perſpexiſſe* ; ubi *Adoleſcen-tiæ* ad [*tui*] inclusum in poſſeſſivo *meus*.

Adjectivum in neutro genere — &c. ibid.

Paululum pecuniæ , hoc nōctis.

Sed in hujuſmodi locutionibus ſubaudiatur *negotium*, quod idem ſignificabat ac *res* ; ut Plaut. Caſin. Act. 3. ſc. 5. *Sed hoc negotium quid eſt*, (i. e.) *hanc rem.* Mil. Glor. Act.

Act. 2. sc. 6. & alibi, *ita est negotium*, (i. e.) *res*; cu[ius] similius autem hoc videri possit, quòd *res* aliquando expri[mi]tur; ut idem Plautus Amphit. Act. 2. sc. 1. *satis parva re[s] est voluptatum in vitâ*, (i. e.) *satis parum voluptatis*; [si]militer Phœ trus Fab. 65.

Hæc cùm tentaret, si quæ res esset ibi,
Limam momordit. (i. e.) *si quid ibi.*

Et Græci ἀναλόγως, ut Aristoph. principio Nubium τὸ χρῆμα τῆς νυκ]τὸς. (i. e.) *quod noctium est, vel noctis.*

Sed ponuntur etiam *Adjectiva* sæpe in pluratívo numero, ut apud Maronem Æneid. 6. *telluris operta*; apud Horat. lib. 4. Od. 12. *amara curarum*; & Od. 4. *acuta belli*; & hoc loquendi genus maximè amant Lucretius, Tacitus, Ap[u]leius.

Ponitur interdum Genitivus tantum, &c. [pag. 76.]

Satiùs dixisset *solus*.

Nonnunquam *caussâ* vel *ratione* subintelligitur, ut Sall. lib. 1. Histor. *omnia retinendæ dominationis honesta æstima[re]* (i. e.) *dominationis caussa*; *Regni Latius vapti furit*; Stat. Thebaid. sed præcipuè post Adjectiva, ut *lætissimus umbræ*. Virg. (i. e.) *umbræ caussâ*. Tacit. Annal. 1. *inscitia operis*, (i. e.) *ratione operis*; sic *ingratus salutis*. Virg. Æneid. 10. in istis Plinii, *Piscium lupus, & trichias, [in] anno parit*; *volucrum animal parit vespertilio tantùm*, [sed] plendum est *è numero piscium*, *&* *numero volucrum*; [ut] Hor. Od. 3. lib. 3. *Ficè nobilium tu quoque fontium*, (i. e.) *unus è numero fontium*.

Laus & Vituperium. ibid.

Laus & vituperium vel variis modis, &c.

Sic Columel. *ut sit amplissimi corporis, cervice [et] dà.*

At hic usus Autorum secundus est; nam cùm Terent. Eunuch. Act. 1. sc. 2, *bono animo es.* & Cicero in Bruto [ad]

vino vacuo, item lib. 6. ad Attic. ep. 1. *sum magna animi perturbatione*, audax est uti Genitivo.

Sed contra nolim uti Ablativo ubi Terentius in Andriâ Act. 3. sc. 5. ait, *tam iners, tam nulli consilij sum.* Aut ubi Suetonius ait in Augusto, *cibi minimi erat, & ferè vulgaris:* & Cicer. *Non multi cibi hospitem accipies, sed multi joci.*

Valetudo in utroq; casu ponitur. Cicer. de Senect. *Tenui est, aut nullâ potiùs valetudine.* Quintil. *Fio melioris valetudinis.*

Agellius & Appulcius dixerunt, *homo bonæ frugi.* Plautus & alii etiam melioris ævi *frugi bonæ*; nam *i* pro *us* in Genit. erræ dixerunt veteres, ut suprà debito loco notavimus. Vel si mavis esse Dat. suppleas *deditus, utilis, idoneus*, aut aliquid simile. ut in illo Ter. Adelph. *Qui alicui rei est.* & Plaut. in Sticho, *nulli rei erimus*, (i. e.) *alicui rei utiles; nulli rei idonei.*

Opus & usus Ablat.

Sic *opus est maturato* (i. e.) *ut matures*; *opus est facto* (i. e.) *necesse est ut fiat*; *opus est homine convento*, (i. e) ut *hominem convenias.* Plaut. autem in Pseud. cum Accusat. ut, *ad tam rem usus est hominem astutum.*

Adjectivorum constructio.

Genitivus.

Adjectiva, quæ desiderium, notitiam, &c.

——*novitatis avida.* ibid.

Sic *insuetus contumeliæ, cæcus animi, callidissimi rusticanum rerum, certus scientiæ, securus parvæ observationis, memoriæ curiosus, recentium incuriosi, certiorem te faciam* nostris passim apud Ciceronem. *Nolim cæterarum rerum te socordem.* Ter. *anxius potentiæ; vetus*, id est, *gnarus ceremoniarum.* Tacit. Annal. Sed *cupidus* aliquando legitur cum Dativo, ut Plaut. Subd. Act. 1. sc. 2. *vino modò cupida estis.* Sed fortasse hoc loco *vino* potiùs Ablativi esse intelligendum est, *studiosus* etiam interdum cum Dativo jungitur,

gitur, ut Plaut. Mil. Act. 3. sc. 1. *Qui nisi adulterio studiosus.* Sic Justinus lib. 9. *Rex armorum quàm conviviorum apparatibus studiosior.* Vide quæ annotata sunt ad Reg. *Gerundia sive Gerundivæ voces*, &c.

Ignarus item reperitur nonnullibi cum Dat. ut Sil. Ital. lib. 3. *Regio hostilibus ignara.* Sed hic *ignara* sumitur passivè pro *ignota*, ut al quando *nescius.* Plaut. Rudent. Act. 2. sc. 5. lin. 17.

In his verò *non sum id nescius* Cicer. ad Attic. lib. 13. *suam vitam anxios.* Senec. de vitâ beat. *solicitis vitam Imperatoris* Liv. ellipsis est *secundum*, *ob*, vel *propter.*

Sunt & horum quæ pro Genitivo habent Abl. cum præpositione. *Quòd celeriter me fecisti de Cæsaris literis certiorem* Cicer. Fam. lib. 14. epist. 8. *De verbis solicitus*, Quintil. lib. 8. *Securos à metu somnos*, Sen. de vit. beat. Quam citò rumò admittas post *curiosus*, *inquiosus*, *socors*, *incautus* Farnab.

Adjectiva verbalia in ax, &c. [pag. 77]

Sed fortasse in illo Ovidii Metam. 1. *Cumq; sit ignis aptus pugnax*, &c. *aptus* est dandi casus, quia cum eodem casu construitur *pugno.* Virg. Æneid. 4. *Placidone etiam pugnabis amori?*

Ingens præterea Adjectivorum turba——
patrium casum postulat.——&c. ibid.

Ut *ægra corporis*, *vini somniq;*, *benignus*, *elegantiæ verborum Latinorum*, *felix animi*, *ferox scelerum*, *festus laudis*, *impiger militiæ*, *corporis & animi insimus*, *inglorius militiæ*, *integer vitæ*, *libera legum*, *manifesta deliciis*, *manifestus tanti scelevis*, *maturus ævi*, *minor capitis*, *miser animi*, *pervicax maleficiæ disciplinæ*, *saucius fatigationis*, *seri studiorum*, *summus imaginum* (i. e.) *qui vincit alios imaginibus*, *trepidus admirationis.*

Sed hæ insolentes loquendi formulæ, neque extra Poetarum, Historicorum, Casconum, sequioris ævi Autorum aut exoticorum municipia facilè reperiundæ, quas tamen vulgus

ulgarem analogiam facilè reducas, si post Adjectivum subintellegas *caussâ*, *gratiâ*, *ratione*, aut aliquid simile, ut *ex ratione corporis*: nam in pulcritudine ἕλκος, qualis apud Græcos μαλακὸς τῇ πίστεως (i.e.) ἕνεκα τῆ πίστεως. Vid. quæ dicentur ad *Formæ vel modus rei*; & infrà ad *Synecdochen*. Quæ etiam admittenda est in illis Senecæ, *Timida lucis* 3 *dicti rectius*.

Nomina partitiva, &c. ibid.

Hæc autem sunt *aliquis*, *alius*, *alter*, *uter*, *neuter*, *uterque*, *ullus*, *nullus*, *solus*, *quisque*, *quicunque*, *quidam*, *quilibet*, *quispiam*, *unusquisque*, *multi*, *pauci*, *omnes*.

Huc etiam referas *medius*, quod cum Gen. construitur, ut Ovid. 1. Metam. *Quarum quæ media est*, & Hor. lib. 2. Od. 19. *pacis eras mediúsque belli*.

Genitivum unde & *Genus*—ibid.

Nonnunquam autem reperias Genitivum in diverso genere, quod præcipuè accidit post comparativa & superlativa neutrius è posita, & numeralia. Ut Cicer. de Amicitia. *Quem unum nostræ civitatis præstantissimum audeo dicere.* Virg. Æneid. 1. *Nympharum sanguinis una.* Vide quæ infrà ad *Comparativa* & *Superlativa accepta partitive*, &c.

Aliquando subintelligitur *numerale* ut, *Fies nobilium tu quoque fontium.* Hor. lib. 3. Od. 13. (i. e.) *unus nobilium fontium.* Item Sat. 7. lib. 1. *Operum hoc mihi crede tuorum est*, supple *aliquod* vel *unum*. Vide quæ suprà dicta ad reg. *Quandoque interdum Genitivus*, &c.

Nam post *numerale* multoties videtur Substantivum *genus* è *numero*, vel aliquid tale à quo pendet Genitivus. ut, *Sapientûm Octavus*, (i. e.) *è numero sapientûm*.

Comparativa & superlativa——*Genit. unde & genus sortiuntur*—— [pag. 78]

Ut *leo animalium fortissimum*. Sic. Plin. lib. 9. c. 8. *Velocissimum omnium anamalium, non solùm marinorum, est delphinus, ocior volucre, ocior telo*, idem, lib. 10. c. 27.

venenis capræ & coturnices vinc-uſcunt placidiſſima animalium. Idem lib. 8. cap. 32. *Cervis quoque eſt ſua malignitas, quamvis placidiſſima animalium.*

Multoties verò ſuperlativum reſpicit ſubſtantivum, de quo ſermo eſt, neglecto Genitivo. ut Cicer. lib. 2. de Nat. Deor. *Indus eſt omnium fluminum maximus, non aquâ ſolùm agros irrigat, ſed eos etiam conſerit.* Plin. lib. 8. cap. 33. *ſolus animalium* (chamæleo) *nec cibo nec potu alitur, nec alio, quàm aëris alimento.* Et ejuſdem lib. c. 45. *Boves animalium ſoli & retrò ambulantes paſcuntur.* Idem. lib. 18. c. 1. *Hordeum frugum omnium molliſſimum eſt.*

Sic *Pulcriſſime verum*, Hor. Sat. 9. lib. 1. *Pulcherrime verum*, Ovid. epiſt. Phædræ Qui tamen aliter de ſe, *sic ego ſum verum non ultima, Sexte, tuarum*, de Ponto lib. 4. eleg. 1.

Comparativum autem ad duo, &c. ibid.

Non ſemper ad *duo* tantùm, nam Plinii eſt lib. 77. c. 2. *Diligentiores eorum Electridas inſulas in mari Hadriatico eſſe dixerunt.* Et cap. 8. *Callaïdum pulchriores oleo, unguento, & mero calorem deperdunt.* Varronis apud Agellium lib. 14. c. 7. *Quotieſcunque uſu veniſſet, ut omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent, qui eorum prior alios eſſet, ei potiſſimum Senatus conſulendi jus fuiſſe.* Et rurſum Plin. lib. 9. cap. 65. *Eadem ætate prior Licinius Muræna, relictorum piſcium vivaria invenit; cujus deinde exemplum nobilitas ſecuta eſt, Philippus, Hortenſius, Lucullus, exciſo etiam monte.*

Niſi hic admittes Scaligeri obſervationem, nempe quoties *prior* de pluribus dicitur, univerſi in duas diſpeſcuntur partes, & *prior* partem priorem, alteram reliqui conficiunt; ita ut nihilominùs, multi erſi ſint, de duobus propriè intelligatur. Plura videas exempla apud alios, ſed præcipuè apud eundem Plinium.

Comparativa cùm exponuntur per quàm. ibid.

Saturnius lib. 9. c. 5. vult *comparativa, cùm* exponuntur

per quàm regere interdum Genitivum, ad imitationem Græcorum, ſed loca, quæ adduxerunt, non id probant. Nam in illo Plinii lib. 7. c. 30. *Omnium triumphorum lauream adepte majorem*, ſubintelligitur *laureis*. Et in illo Curtii lib. 5. *In oculis duo majora omnium navigia ſubmerſa ſunt*, comparativum *majora* ſumitur partitivè, ut in illo Plinii, *Quum adoleſcentiores ad opera exeunt*. Ex his judices de cæteris.

Interdum recipitur Ablativus poſt comparativum ut Virg. Æneid. 8. *--at illi Otius incubuere omnes* (i. e.) *dicto ocius. Triſtior viſus eſt*, ſup. *aquo* vel *ſolito*.

Al quando jungitur comparativo *magis*, & ſuperl. *maximè* ut P aut. capt. *Nihil unquam invenies magis hoc certo certius*. Columel. lib. 9. c. 3. *Apis ſi ſævior maximè peſſima eſt*, &c.

Comparatio autem fit per utrumque gradum nonnunquam de rebus diverſi generis, ut Virg. eclog. 7. *Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyblæ*. Cicer. pro domo ſuâ, *hoc miniſtro omnium, non bipedum ſolùm, ſed quadrupedum impurriſſimo Reipub. perdidiſti*. non viſum eſt hic curioſiùs agere; tantùm monendi ſtudioſi, ne, quæ tradidit Laur. Valla de comp. & ſup. ea temerè recipiant.

Dativus.

Adjectiva quibus commodum, &c.

——*ſaltimus oratori*——ibid.

Sic *huic affines ſceleri* Cicer. *Invitum qui ſervat, idem facit occidenti* Hor. epiſt. ad Piſones.

Interdum voces aliquot ponuntur in dandi caſu ob hujuſmodi adjectiva ſubintellecta, ut *non ſum ſolvendo*; *eſt oneri ferendo*; *malum quod eſt eſui*, &c. (i. e.) *par ſolvendo*; *onus oneri ferendo*; *bonum eſui*.

Pro Dativo nominis nonnunquam ponitur verbum infinitum, atque id ἑλληνικῶς, ut Maro, ecl. 5. *Boni convenimus amico, tu calamos inflare leves, ego dicere verſus*. Ovid. lib. 2. *Sylvâque montanas occulere apta feras* (i. e) *boni invitationi, apta occultationi, occultando*, vel ad *occultandum*.

Propior & *proximus*, quæ relationem denotant, atque ideò postulant dativum, nonunquam cum Accusativo reperiunda, ut Hirtius lib. 8. de bello Gallico. *Alter, quo propior hostem in vallo collocatus esset.* Salluft. in Catil. *Quod tamen vitium* [ambitionis] *propius virtutem erat.* Plaut. in Pœn. *Proximus te sum*, Liv. lib. 35. *Laconicus ager proximus finem Megalopolitarum est.* Scilicet quòd *prope*, unde orta sunt *propior* & *proximus*, accusativum postulat, vel ex se, vel per ἔλλειψιν præpositionis *ad*.

Communis, alienus, &c.—varius casibus. [pag. 79.]

Superstes etiam nunc cum Dat. ut, *Superstes dignitati suæ vixit.* Flor. lib. 4. nunc cum Genitivo, ut, *Superstes omnium generum*, Quintil. proœm. 6. lib.

Cum iisdem casibus legitur *æmulus*, ut, *Sidus venereum æmulum solis & lunæ.* Liv. lib. 2. cap. *Ficus quædam pyri magnitudine æmulæ.* i. e. *pares.* Plin. lib. 15. c. 18.

Non alienus a Scævolæ studiis. ibid.

Etiam & sine præpositione ut, Cicer. in 1. de Divinat. *Neque hoc Dii alienum ducunt suâ majestate.*

Natus, commodus, &c.—
Interdum etiam Accusat. cum præpositione—ibid.

Sic Liv. lib. 2. Bell. Hannib. *Bonus ad cætera. Varro* de R. R. c. 9. *Ad quamvis bona aut non bona. Proximus ad dominam nullo prohibente sedebam.* Ovid.

Hæc autem semper, *præceps, proclivis, pronus.* ut, *Præceps ad iram, pronus ad vitia, proclivis à labore ad laborem.*

Accusativus.

Magnitudinis mensura, &c.
ut septem pedes longas—ibid.

At hic videtur esse ἔλλειψις præpositionis *ad*, quam apposuit Var. R. R. lib. 3. c. 5. *Ad duos pedes altum à stagno, bidentum ad quinque.*

In Genitivo.

——*Longas pedum quinquagenûm.*——

In hoc, & hujusmodi exemplis, si subintelligas cognatum substantivum, sana omnia & ἀφελοῦς. Ut, *Longas longitudine pedum quinquagenum; Latas latitudine pedum denûm*, &c.

Ablativus.

Adjectiva quæ ad copiam egestatemve——interdum Ablativo, &c. ibid.

Ablativo autem nonnullibi cum præpositione, nam *liber à dolis, liber ab irrisione* est apud Ciceronem, ut & *inops à rebus, ab amicis*; item *vacuus à molestiâ, à periculo, à sumptu; nudus à propinquis, nuda à magistratibus Respublica.* Liv. lib. 39.

Compos, impos, consors, exsors, particeps cum Genitivo solo construuntur. *Compos libertatis, impos animi, exsors culpæ, particeps consilii.*

Ovidii illud *Participem studiis cæsar habere solet*, de Ponto 5. eleg. 1. in correctioribus editionibus habet *participem studii.*

Eundem casum etiam magis amant *benignus, fertilis, liberalis, prosper, lætus, largus, prodigus, profusus, sterilis, dives, inditus, egenus, expers.*

Ita et Adjectiva *reatus*, & eorum contraria; ut *reus voti*, Virgil. *unus sceleris* Hor. *manifestus taciti sceleris*, Cicer. Nisi quòd nonnunquam construuntur cum præpositione, cum Abl. postulat. ut Cicer. ad Attic. lib. 2. epist. 24 *Nunc reus erat de vi.*

Cum Ablativo autem potiùs efferuntur *onustus, gravis, gravidus, refertus, differtus, fœtus, cassus, viduus, exul.* Turnab.

Satur autem cum utroque casu, ut Ter. *Satur omnium rerum*, Ovid. *ambrosiæ succo saturos* Sic etiam *plenus, dives, locuples,*

locuples, tentus, distentus, secundus, vacuus, inanis, inops, orbus, nudus, liber, item *macte* & *macti*: ut, *Macti virtute esto.* Liv. *Macte animi, morumque tuorum.* Martial. 12. lib. epigr. 6. sed hæc usitatiùs cum Ablativo.

*Nomina diversitatis Ablativum--cum præpositione--*ibid.

Interdum autem reticetur præpositio, ut, Hor. lib. 1. Epist. 16. *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* & lib. 2. epist. 1. *Ne quis se, præter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra.* & lib. 2. sat. 3. *Qui species alias veris, scelerisque tumultu permistas capiet*: ubi in vulgatis *alias veri*, quod non temerè alibi reperias.

Quidam ex Neotericis usurpant *idem* etiam cum præpositione, atq; Hi magni nominis. Erasmus Annot. Matth. cap. 8. *Eundem ait esse centurionem cum eo*, de quo meminit Lucas. & Joseph. Scal. Castigationibus in Sphæram Manil. i, *Minor ursa eadem est cum Cynosurâ.* Sed contra usum veterum qui vel & vel *qui* dixerunt post *idem.* Cicer. lib. 2. Off. *Peripatetici quondam idem erant qui Academici.* Ovid, Fast. 6. *Vesta eadem est & terra.*

Nonnunquam etiam Dativum.—

Quem casum etiam *idem* admittit, ut, Horat. de arte Poetica, *Invitum qui servat, idem facit occidenti.*

Forma vel modus rei——in Ablat. ibid.

Nonnunquam adjunctâ præpositione, ut, Plancus ap. Cicer. *Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur.* Cicer. lib. 1. de Offic. *Qui invictum se à labore præstiterit.* & in Bruto. *Qui à philosophia, a jure civili, ab historiâ fuisset instructior.* idem de Claris Orator. *Ab omni laude felicior.*

Aliquando forma vel modus rei ponitur in Genitivo nonnunquam in Accusativo; sed utrumque Græcanicè κατ' ἔνεργειαν; ut, *trunca pedum, Cressa genus Pholoe.* Hic scilicet subintellecto, *secundum*, vel *quoad*, illic *ratione* vel aliquid simile. Si plura vis vide quæ infrà annotavimus ad *Synecdochen*, quæ in hujusmodi locutionibus locum habet.

Digni

Dignus, indignus——contentus, &c. ibid.

Dignus aliquando legitur cum Accusativo. Ut Ter. Andr. Act. 5. sc. 4. *Dignus es cum tua religione odium*; nempe per Hellenismum præpositionis *ad*, quæ nonnunquam exprimitur, ut Plaut. Act. 4. sc. 1. *Ad tuam formam illa una digna est.*

Contentus nonnunquam cum præpositione, nam Ciceronis est in Lælio, *De his communis vita contenta est.* Interdum absolutè & sine casu ut Ovid. lib. 7. Metam. fab. 27. *—non sum contentus, & in mea pugno Vulnera.*

Livius etiam indifferenter dixit, *Extorrem urbe*; & *extorrem à solo patrio.*

Horum nonulla Genitivum, &c. ibid.

Sic *Contentus libertatis*, Liv. *Contentus partis dimidiæ dotis* Claudius Jurisconsul. lib. 37. *Scythæ contenti victoriæ.* Justin. lib. 42. neque *dignus* cum Genit. solummodo apud Poetas, nam Balbi est lib. 8. epist. Cicer. ad Attic. *Obsecro te Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis.* & Tranquilli in Othone c. 4. *Ut jam vix ullus esset, qui non, & sentiret, & prædicaret solum successionis imperii dignum.*

Pronominum constructio.

Mei, tui ---cùm passio-- &c. [pag. 81.]

Verùm Classici Scriptores non raro hoc discrimen negligunt, neque, cùm *passio significatur*, reformidant usurpare *possessivum.* Nam in 1. Catilin. semel iterumque dixit Cicero, *invidiæ mei de qua mihi invidetur.* & Ter. est in Phorm. Act. 5. sc. ult. *Nam neque negligentiâ tuâ, neque odio feci tuo.* Ubi *negligentia tua est*, quâ tu negligeris & *odium tuum*, quo te alius prosequitur. Plura superseclemus proferre exempla, sed istiusmodi non pauca observent inter legendum illi, qui huic rei animum attendunt.

Meus, tuus, suus, cùm actio vel possessio.

At contra Plaut. Pseud. Act. 1. sc. 1. *Duorum laboni[bus] hominum parcissem lubens, mei te rogandi, & tui respondendi mihi*, pro *meo* & *tuo*.

Nostrûm & vestrûm sequuntur distributiva, &c. ibid.

Nonnunquam etiam alia nomina, ut Cicer. Phil. 4. *Frequentia vestrûm incredibili*, &c. pro Plancio. *Quare ne me ad contentionem vestrûm revocare*; ibid. *Possumus eripere contentionem vestrum.*

Neque quidem multùm refert videtur, utrùm dicas *nostrûm*, an *nostri*; *vestrûm*, an *vi*, post quamvis dictionem, si excipias, quæ hic annumerantur, *distributiva*, part[itiva], &c. Nam post illa constanter *nostrûm* & *vestrûm*, v[el] quæ eadem sunt, *nostrorum* & *vestrorum*. Vid. Ag[ell.] lib. 20. c. 6.

Hæc possessiva meus, tuus, &c. ——
—— & genitivos participiorum —— ibid.

Imo quandóque etiam *Substantivorum*, ut, Tull. Phil. 2. *Tuum hominis simplicis pectus vidimus*. & Ver. 5. *Ne tu quidem recentia prorsùs prætoris vestigia persequi potuisti*. Hujus generis sunt plura. Vide quæ dicta sunt ad regulam *Excipiuntur quæ in eodem casu per appositionem*, &c.

Sui & suus —— &c. *resolvuntur ad id quod præcessit.* ibid.

Intellige id quod *verbum* præcessit. Etsi enim recte dicas Quod *Seia à Caio Verre expulsus sit ex villa suâ*, non tamen similiter dicam. *Caius Verres expulit Seiam a villâ suâ*, quia ita *suâ* referretur ad *Verres*. Sed satiùs est dicere *ex villâ ejus*.

Aliquando autem Pronomen reciprocum respicit id quod sequitur, verùm ibi tantùm, ubi structura verborum possit ita commutari, ut persona, vel res, ad quam recuprocatio fit, verbum præcedat, & pronomen sequatur, ut *trahit sua quemque voluptas*, (i. e.) *quisque trahitur à voluptate sua*. Martial. lib. 5. epigr. 10. & *sua viderunt sera Mæonides*

eonidem, quod facile commutes in *Mœonides est visus à ulis suis.*

Si nulla inde oriatur ambiguitas, quandóque licet aliud tivum usurpare pro reciproco, ut quamvis rectè dicamus *columbam in nido suo*, non tamen abhorret à more tini sermonis dicere, etiam *in nido ejus*, quia non est d Antecedens, ad quod respici potest. Sic *Supplicium* *de famoso fure cum sociis suis*, vel *sociis ejus.*

Affi copula addatur, dispar fit ratio. Nec enim dixeris, *pplicium sumsit de fure & socijs suis*, sed *ejus.*

Item Cicer. ad Attic. lib. 2. epist. 7. *Una spes est salutis orum inter istos dissentio.* & Philip. 2. *Omnes boni, quantum ossi fuit, Cæsarem occiderunt.* Poterat in utroque loco sse se.

Idem 1. Offic. *Si non poterit causas defensitare, illa præ- e debebit, quæ erunt in ipsius potestate: ipsius*, hoc est

Iterum de Offic. *Perfuga Fabricio pollicitus, si præmium proposuisset, se Pyrrhum veneno necaturum; ei* usus est o sibi.

Curtius lib. 9. *Abisari Alexander nunciari jussit, si gra- retur ad se venire, ipsum ad eum esse venturum.* Varieta- is ergò potius se, mox *ipsum* air.

Quintil. decl. 1. *Quápropter non petit, ut illum mise- um putetis, nisi ut innocens fuerit. illum* pro *se.*

Sed nec diffitendum *sui* & *suus* usurpari pro pronomine lativo *illius*, aut *eius.* Quæ prolata sunt ex Poetis, Plauto, ovidio, Lucano, Martiale, mittimus dicere. Ipsius Ciceonis est Phil. 2. *Non enim à te emit, sed priùs, quàm tu um sibi venderes, ipse possedit.* Idem Phil. 4 *Quod autem ut præsidium salutis libertatisque vestræ, si C. Cæsaris, so- rini unque sui patris militum, exercitus non fuisset?* Eodem nsu etiam usus est Plinius lib. 14. c. 11. Porcius Latro in atilin. plùs semel.

Idem etiam omnibus, &c.

Siquæris cum quo casu, quibus particulis, conjungen-

dum

dum sit *idem*, utrùm dicendum sit *idem cum illo* cum sum mis viris sequioris ævi, an *idem ac*, vel *&*, vel qui cum classicis, vide quæ dicta sunt ad *Nomina diversitat* quibus quia *idem* contrarium, eò rem simus ejus regimen.

Verborum constructio.

Nominativus post verbum.

Verba Substantiva sum, forem, fio, &c. *nominor, appellor*, &c.

Idem *designor, creor, constituor, audio*, etiam *provect* & nomen *habeo* pro *nominor*. ut Hor. Sat. 7. lib. 1. I *Subtilis veterum judex & callidus audis.* (i. e) *voca* Ovid. Metam. 1. *Lactea nomen habet.* (i. e.) *nominatur L ctea.* & ad eundem fere modum lib. 15. *Cui fecimus an nomen.* Verùm in utroque loco *Lactea* sumi potest πρωτ tum autem nulla terminationis variatio admitti solet.

Aliquando autem non exprimitur verbum substantivum ut Maro Æneid. 1. *Sed vos qui tandem?* pura *estis*. Lucan lib. 1. *Quis furor, O cives? quæ tanta licentia ferr* supple *est*.

Sæpenume ò autem in istis formulis, *immane quantum mirum quantum, nimium quantum, immensum quantum insanum quantum, incredibile quantum*, ut Cicer. in orat *Huic generi Orationis adsper gentur etiam sales, qui in dicen mirum quantum valent.* & lib. 4. de Finibus, *differre di inter honestum & turpe nimium quantum.*

Non autem semper; nam idem Cicer. in orat exprimit verbum *est*. *In Oratoribus verò Græcis quàm admirabile est, quantum inter omnes unus excellat.*

Denique omne verbum post se Nominat. &c.

Sic *vespertinus pete lectum, crastinus ades.* ubi Adj vum videtur pro Adverbio poni. Ut in illo Terent Eunuch act. 1. sc. 2. *nullus dixeris* pro *non dixeris*.

Interdu

Interdum Adjectivum ſine ullo reſpectu ad ſuppoſitum ubi in neutro genere ponitur, ut apud Horatium. *turbidum* tatur, Etiam in proſa, ut Agellij cap. 9. lib. 5. *magnum* clamavit.

In plurali vero Maro, *crebra ferit, tranſversa fremunt.* A quo loquendi modo non multùm abludit illud Cæci- ad Cicer. lib. 6. epiſt. 7. ad Famil. *Cùm ignorit omni- s, qui multa Deos venerati ſunt contra ejus ſalutem:* aut Taciti lib. 3. Annal. *Reo patronos petenti, iisque di- ſa eruntantibus.* Sed ita loqui præcipuè amant Græci; ut, γεγραφεις (i. e.) *citus vel citò ſcribis*, κλαὶ ἐκλάυσε, *ſus vel honestè conſuluiſti.*

Infinitum quoque eoſdem caſus, &c.
præcipuè cùm verba optandi.

Sic etiam reçè dicitur, *creditur eſſe liberalis, ſolet incedere* ſus, ubi verbum *optandi* nullum præcedit. Item Horat. b. 1. Epiſt. ad To quatum.— *atiá que vel inconſultus* ere. Et lib. 3. Od. 27. *Uxor invicti Jovis eſſe neſcis* ro Æneid. 11.

Dixit, & extemplo (neque enim reſponſa dabantur
Fida ſatis) ſenſit medios delapſus in hoſtes.—

v. de Triſt. lib. 1. ele. 1. *Sed vereor tardæ cauſa fuiſſe moræ.* Et lib. 2. eleg. 1 *Acceptum refero verſibus eſſe nocens.* Cæ- m eſt Carm. 4. *Phaſelus ille, quem videtis, hoſpites, ait fuiſſe* vium celerrimus. Sed in his exemplis Itali imitantur Attı- s, qui, omiſſo pronomine reciproco, poſt Infinitum ce accuſativi ſolent admittere Nominativum. ut, λέγω ν φίλον. Plutarch. Ὀλυνθίους ὀνομάζεσθαι φησι.

Alterius generis eſt iſtud Ovidii tertio Faſtorum; *At* ens noſtrâ forſitan uſus ope.

Non licet nobis eſſe tam diſertis.

Ad eundem modum Horatius epiſt. ad Piſones

—*Mediocribus eſſe poëtis.*
Non homines, non Dii, non conceſſêre columnæ. ibid.

Sed

Sed aliquando præcedens Dativus desideratur; ut Cic. pro Lucio Flacco, *Cur deniq; esse liberis non licet?* ut Accusativus in istis exemplis, *Expedit bonas esse vobis*, &c.

Genitivus post Verbum.

Sum Genitivum postulat, &c.

Videtur autem hic subintelligi Substantivum, unde pendet Genitivus, nempè, *munus adolescentis*, *officium regum.*

Ita Plaut. Mil. Glor. Act. 2. Sc. 2. *non operæ est*; (i. e.) *non operæ pretium*; nisi malis hic *operæ* esse dat. casus, & respicere Adject. *apta* subintellectum: nam Taubmannus exponit; *non vacua est*; ut infrà, Act. 3. Sc. 2. *Non operæ est Sceledro*; (i. e.) *non vacat Sceledro.*

Hujus potius loci est illud Pseud. Act. 1. Sc. 3. *Ego operæ si sit, plura tecum loquar*, & Casin. Act. 5. Sc. 2. *Dum nova facta itero, est operæ auribus percipere.*

Verba æstimandi Genit. &c. ibid.

Sic dicitur *magni* & *maximi facio*, non autem quod sequimus apud idoneum aliquem Autorem *majoris facio*; sed potius eo *pluris facio*, *pluris æstimo.*

Æstimo vel Gen. vel Abl. &c. ibid.

Sic Tull. 4. de Fin. *Quæ sit non nihilo æstimandum.*

Æqui, boni consulo. [pag. 64.]

Phrasis elliptica, quam sic redintegres, *consulo* (i. e.) *statuo, censeo*, vel *interpretor esse officium, sive factum, æqui bonique; animi.*

Verba accusandi, &c. *Genitivum, qui crimen significat.*

Non autem semper Genitivus *crimen* significat; nam dixit Justinus lib. 9. cap. 3. *Beneficiorum necessitudinis admonerat.*

Neque

Neque de omnibus verbis accusandi vera est hæc regula, tum quamvis rectè dicamus *furti*, *aut sceleris te accuso*, *arguo*, *alligo*, *adstringo*, *defero*, *incuso*, *condemno*, *convinco*; non tamen facilè reperias apud vett. *taxare alicujus luxuriæ*, *fugillare ambitionis*, *traducere furti*; quibus passim utuntur juniores, sed potiùs *ambitionem alicujus taxare*; atq; ita in aliis.

Ac minùs etiam probare possim *ago te injuriarum*; pro eo longe malim *ago tecum injuriarum*; quomodo Cicero scripsit pro Cluentio *cum servo Habiti furti egit*. Cornificius, aliquisquis ille magister Herennianus, lib. 1. *cum eo Actius agit injuriarum*.

Absolvendi & consimilia. ibid.

In *consimilibus* autem numera *infamo*, *insimulo*, *postulo*, *arcesso*, *urgeo*, *increpo*, *libero*, *purgo*, *noto*, *prehendor*, *reprehendor*, *teneor*, *comperior*, *plecto*.

Et si vis etiam *perdo*; nam Plauti est Mil. Glor. Act. 2. Sc. 4. *Quem ego capitis perdam*, & Asin. Act. 1. Sc. 2. *Capitis te perdam ego*, *& filiam*. Scimus *capitis* non esse Genitivum *criminis*, neque necesse est, nam interdum eum pariter ac *crimen* per Genitivum significatur; Hor. 2. Od. 14. *damnatusque longi Sisyphus Æolides laboris*.

Neque obtinuit, ut perpetuò *crimen* ponatur in Genitivo cum non tantùm dicimus, *accusare adolescentes inertiæ*, sed etiam *accusare adolescentium inertiam*. Ita Cicero ad Q. Fr.

Imò jubet usus, ut post aliquot accusandi verba, viz. *increpo*, *corripio*, *reprehendo*, *culpo*, &, quæ superius notavimus, *taxo*, *fugillo*, *traduco*, *crimen* non nisi Accusativo proferatur; ut, *reprehendo illius negligentiam*, &c.

Veritur hic Gen. in Abl. vel cum vel sine præpositione.

Sine præpositione, cùm criminis est generale nomen, puta *malum*, *maleficium*, *peccatum*, &c. Sic dicimus *damnare voto*, *de voto*.

Particularia

Particularia autem crimina nempe *furtum*, *fluxum*, *mœchium*, &c. aut in Genitivo, aut non sine præpositione pon. huj. modi verba in Ablat. efferuntur; ut *Accusaris furti* vel *de furto*, *Accusaris furto* nullibi legas.

Verba *moneo*, *admoneo*, *commonefacio* loco Genit. non nunquam habent Accus. sed hoc tantùm pronominis demonstrativi *hoc*, *illud*, &c. relativi *quod*, interrogativi *quid*, indefiniti *aliquid*, nominum item, quæ ad numerum pertinent, ut *unum*, *duo*, *tria*, &c. Item *multa*, *pauca*, *nihil*, *nonnihil*; non autem cujusvis alius vocabuli ita ut tutò dixeris præeunte Tullio lib. 9. Epist. *Illa me præclare admones*, non tamen ideò *errorem me mones*, *de erroris* vel *de errore*; si probos Autores sequi libet.

Satago, *miseror*, &c. ibid.

Non *misero* aut *miseror*, quæ cum Accusat. solo; ut *communi periculum miserabantur*, Cæs. 1. Bell. Gall. *Trojæ miserate labores*. Virg. Æneid. 6. *Satago* autem nonnunquam admittit præverbium *de*; ut, Agell. lib. 9. c. 11. *Consulis de vi & multitudine hostium satagentibus*.

Huic succurro, *huic misereor*. Senec.

Veteres codd. pro *huic* habent *hujus*. Agnoscitur Beckhi dixisse *misereresce malis*, sed ille posterioris ævi, quàm ut sequendus.

Reminiscor, *obliviscor*, &c. *Genitivum*. ibid.

Fastidio etiam *revereor*, & *vereor* quæ vulgò cum Accusat. jungantur, apud vett. etiam cum Genitivo; ut Plaut. *Fastidit mei*. Varro Sard. Venal. *si nil mei revereatur*. Ampul. 2. Met. *Vereor ignotæ mihi feminæ*. Locum etiam citat Vossius ex Ter. Phorm. Act. 5. Sc. 8. sed nescio quo exemplari usus, nam in meis non invenio; Vide plura, si vis, apud Nonium, cap. de numeris & casibus.

Erubesco cum Genitivo dixit Curtius lib. 5. *dignum quo omni malo*, *qui erubesceret fortunæ*; frequentiùs autem cum Accus. Cicer. in Vatin. *assines te erubescunt*.

Tutia

Potior aut Genitivum aut Abl. &c. ibid.

Sic Plaut. Capt. *Poſtquam meus Rex potitus eſt hoſtium*; ſed ſenſu diſpari; nam hic [*potitus eſt*] ſumitur paſſivè, ſignificat idem quod [*in poteſtate erat*] cujus activum iam legas apud eundem Plautum, Amph. Act. 1. ſc. 1. *Jum pater potivit* (i. e.) [*compotem fecit*] *ſervitutis.* Ita ſt in libris quos ediderunt Taubmannus & Douſa, licèt ntiqua Venera editio aliter habeat.

Verùm *potior* legitur etiam cum Accuſativo apud Cice nem, lib. 1. Offic. & alibi apud Terentium, Plautum, & lios, Juſtini eſt 12. *Alexandrum nominavit, qui poſtea reg- um Indorum potitus eſt.*

Sunt & alia verba, quæ poëtæ, & qui poëtas in proſâ qui amant, ad imitationem Græcorum conſtruunt cum rtio caſu. Ut Ovid. Metam. 2.—*Succeſſoríumque Minervæ doluit.* ſic enim Euripides ἀλγῶ ποδός.

Hor. epod. 17. *Plorem artis in te nullum habentis exitum.* que ita idem Eurip. φεῦ φεῦ κακῶν σῶν Οἰδίπου σὸς ὢν πο.

Hor. lib. 2. ſat. 6.—*Neque illi Sepoſiti cineris, neque longæ cidit arenæ.* Latinè ſuiſſet *cinerem & arenam*: ſed referre luit illud Plutarchi in Cæſ. Ὦ Κάτων φθονῶ σοι τῦ τάτε,

Sic Virg. Æneid. 9. *Nec veterum memini lætóve malo-* m, Quia apud Demoſthenem eſt συγχαίρω σοι τότε. Ite- m Hor. Od. 27. lib. 3. *abſtineto irarum*, quia Pythagoræ ωμῶν ἀπέχεσθαι.

Virg. in illo Æneid. 11. *Juſtitiæque prioris miror bellive* m, ſecutus eſt id, quod dixit Xenophon ὑμῶν θαυμάζω, βοηθήσαι ὑμῖν ἀνδράσι.

Appul. lib. 5. Met. *curare corporis*, quomodo apud eun- m Xenophontem legas θεῖ σωμάτων ἐπιμέλεσθαι.

Sic *deſiſtere pugnæ*, apud Virg. Æneid. 10. *Deſine quere-* um. Hor. lib. 2. Od. 9. *quieſcere pugnæ.* lib. 9. c. 13. *nare populorum.* Hor. lib. 3. Od. 30. & ſi quæ alia occu- nt his ſimilia, ea omnia in Latium ex Cecropiâ Gente ſciant ſtudioſi.

Dativus poſt verbum.

In primis verba ſignificantia commodum, &c. [pag. 85.]

Sed uſus hic ſpectandus, nam etſi *auxilior*, *faveo*, *procinor*, *opitulor* leguntur cum Dat. non tamen itidem *juvo* & *adjuvo*, quæ Accuſ. potiùs amant. *Lædo* & *offendo* conſtruuntur cum Accuſativo. *Nocco* cum Dat. nonnullis tamen cum Accuſ. nam Plauti eſt Mil. Glor. act. 5. *Jurato non nocituram eſſe * hominem de hac re * neminem.* & M. Senecæ lib. 5. controv. *Dum filiam vindico, ubi me graviſſimè nocere poſſit.*

* Licet ita leg. homini & nemini.

Medeor ſolum Dat. poſtulat, ſed utrumque *medetur*. Nam dixit Maro 7. Æneid. *Sed non Dardaniæ medicatæ cuſpidis ictum Evaluit.* & 3. Georg. *Senibus medicantur anhelis.*

Huc ſpectant verba compoſita à *ſatis*, *bene*, & *male*. *Satisfacio*, *maledico* ex Eccleſiaſticis Tertullianus & alij, & è Romanis Petronius copulavere cum Accuſ. more ſcilicet Græcorum, qui dicunt κακολογῶ σε.

Huc referas etiam verba quæ *voluptatem* aut *dolorem* ſignificant; ut *placeo*, *ſedeo pro placeo*, *diſpliceo*, *doleo*. Hor. lib. 2. Sat. 2. *Quæ ſimplex olim tibi ſederit.* Ter. Phorm. *Tibi, quia ſupereſt, dolet:* at *doleo* nonnunquam cum Accuſativo *rei*, ut, *tu tua damna dole.* Ovid.

Quædam eſſe juntur cum Accuſativo. ibid.

Studeo, cum ſignificat *faveo* vel *operam do*, Dat. poſtulat; ut *Catilinæ ſtuduit: libris ſtudeo.* Licèt & hac ſignificatione, cum præpoſitione nonnunquam conſtruatur; ut, Fabius lib. 10. c. 8. *In id ſolùm ſtudent.* Agell. lib. 10. c. 11. *In re ſtudebat.* (i. e.) *operam dabat.* Accuſat. autem cum ſignificat *volo* vel *cupio*; ut in hoc Ciceronis, *Ut ſtudetis*, &c.

Vetus Poeta apud Tullium de Nat. Deor. legit eum Genit. *Qui te nec amet, nec ſtudeat tui.* Ubi *ſtudeat* pro *ſtudioſus ſit.*

In hæc ſtudia incumbite. ibid.

Atque quidem vix reperiuntur *incumbo* ſine præpoſitione, ubi ſermo eſt de animi conamine: etſi enim noſtratibus, ut quod veterum præſtantiſſimos, *incumbere baculo, lecto, aratro*, non ſimiliter dixerunt *incumbere philoſophiæ* vel *in ſtudio*, ſed *in* vel *ad Philoſophiam in* vel *ad jus ſtudium*. Nam utrumque Cicero lib. 1. Or. *in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite.* & 4. Catil. *P. C. incumbite ad ſalutem Reipublicæ.*

Parco vul ò conſtruitur cum Dativo. Plautus tamen Curcul. Act. 3. ſc. 1. cum Accuſat. copulavit. *Qui homo matu è quæſivit pecuniam, niſi eam maturè parat, maturè ejurit*; etſi alibi cum Dativo, *nihil pretio parſit, filio dum parceret.*

Curo jam omnes cum Accuſat. copulant; legis tamen apud Plautum * Truc. *Alienis rebus curat.* Macrobius lib 5. *Stabulo regio curantes*, Appul. Apol. *Rebus meis curat.* Quibus conferri Arrianum illud, *Neque profectò Deûm ſummus Rex omnibus curat.*

* Act. 1 ſc 2. Vide etiam Rud Act. 1. ſc. 2.

Hæc variam habent conſtructionem.

Rectoremque ratis—conſulit. [pag. 86.]

Quæ ſignificatu ut cæ era verba rogandi nonnunquam duplicem regit Accuſ. ut Cicer. lib. 6. ad Attic. *Nec te id conſulo.*

Metuo, timeo, formido, &c. ibid.

Sic *caveo mihi ab aliquo* (i. e.) *provideo: cavet ventum malamis*, Plin. 18 33. (i.e.) *defendit.* Anglicè **he keepe off.** *Cavere periculum* Suet. *Pietatem.* Cicero 2. de Fin. (i.e.) *ex timore aliquo declinare. Cave hoc facias*, vel *cave ne facias*: nam idem eſt ſive addas, ſive omittas negationem.

Verba Imperandi, &c. ibid.

Jubeo non memini quenquam Claſſicorum protuliſſe

cum Dativo, licèt Macrobius & Claudianus id faciant, sed cum quibusdam Accusativis *rei*, viz. *quid, hoc, illud, nihil, multa, pauca, unum, duo*, & istiusmodi.

Personæ etiam, sequente Infinitivo, ut *jubeo te salvere*. Et absolutè, intellecto infinitivo, ut Ter. Heaut. act. 4. sc. 5. *Imò filium potiùs jube*, sup. *deferre*.

Jubeo legem transitivè dicitur pro *statuo* vel *decerno*; ut Cicer. pro Cornelio Balbo, *P. R. legem jussit de civitate tribuendâ*.

Huc referas tamen *suadeo*, quod soli Dativo adhæret. Nec sequendus Tertullianus, qui cum Accusat. nectit. lib. de Habitu mulierum. c. 1. Licèt fortasse ad Græcos respexerit, qui pro *suasisti illi*, dicunt *ἀπέπεισας αὐτόν*.

Dicimus tempero, moderor tibi & te. ibid.

Item *præstolatur mihi* & *me*; *palpor alicui* & *aliquem*.

Gratulor tibi hanc rem, Plaut. pro quo Cicero, *in hac re*, *de hac re*, vel *hac re*.

Rursus Ciceronis est. 4. in Verrem, *Jam me dies, latera, vox deficient*. Sed Cæsar, Columella, & alij verbo *deficio* adjungunt Dat. Quos sequitur Virg. Georg. 1.—*Quæ etiam glandes, atque arbuta sacræ Deficerent sylvæ.*

Vulgò dicitur, *Hoc me latet*. Sed nusquam, nisi cum Dat. Cicero 1. Catil. *Nihil agis, quod mihi latere valeat*. Et post reditum in senatu, *ubi nos hæc Autoritas tam diu tanta latuit*. Ita etiam locutus Varro lib. 8. de L. L. Lucret. lib. 3. 80. Plaut. Trinum. Act. 4. sc. 2.

Comitor plerique annectunt Accusat. sed cum dat. usus est Cicero lib. 6. Tusc. *cæteráque quæ comitantur hanc vitæ*.

Misceo cum Dat. construit Virg. Æneid. 8. *Mavors miscebat operi*, & cum Abl. Æneid. 6. *Magno se corpore miscet*.

Hæreo etiam utrique casui jungitur. *Hæret lateri letalis arundo*. Virg. Æn. 4. *Hæret pede pes*, Æn. 10.

Ver-

Verba fidendi Dat. regunt. ibid.

Confido autem cum Abl. copulat Cæſar 7. Bell. Gall. *Noſtra virtute confiderent.* Sic. 1. Bell. Civ. *Munitione foſſæ.* 3. Bell. Gall. *Anni tempore confiſæ.* Verùm hic ſuſpicaris Dat. in *e* more vetuſto, ut ſupra notavimus ad *tertiam declinationem*, niſi Virgilius etiam dixiſſet Æneid. 7. *Jam bene terrâ.*

Verba obſequendi & repugnandi Dat. &c. ibid.

Cujus ſortis etiam ſunt *ancillor, blandior, famulor, ſervio, velificor, luctor, reluctor, refragor, reclamo.*

At ex his quædam, &c, ibid.

Adulor etiam uſurpavit Cicero cum Accuſativo in Nonem. *Adulantem omnes te videre volui, vidi.* Alij cum Dativo.

Et *adverſor*, quod alij præponunt Dativo. Tacit. 4. Hiſtor. cum Accuſ. profert. *Vulgus adverſari*, (i. e.) *adversatur Regem.* Quod & Plaut. Menæch. *Nolo tuam adverſari ſententiam.*

Sed hoc ratione præpoſitionis adverſus. Nam in Merc. Act. 2. ſc. 3. integrè dixit, *Nolo tuam adverſari adverſus ſententiam.*

Palpo item cum Accuſ. vel Dat. Juven. Sat. 1. *Quem recte palpat carus.* Plaut. Amph. Act. 1. ſc. 3. *Obſervatote quam blandè mulieri palpabitur.*

Idem *aſſentor* & *aſſentior*, ut ſtatuit Farnabius; ſed illem his poſtponere *perſonam* in Dativo; ut *aſſentior tibi* cer. *aſſentaris huic.* Plaut. *Rem* autem in Accuſativo, ut t. Eunuch. Act. 2. ſc. 2. *Poſtremò imperavi egomet mihi ea aſſentari.* Cicer. 3. de Orat. *Namque ego illud aſſentior Theophraſto.* Item Attico. *Timet multa, aſſentitur omnia.* Vel in Abl. cum præpoſitione, ut, ad Attic. lib. 7. *Vennonianis rebus tibi aſſentior.*

In illo enim 5. contra Verrem, *ut ego assentiar orationi defensionem tamen non probabo, oratio* poni videtur pro *viro orante.*

Sævis inter se convenit ursis. ibid.

Sic, *Quanquam de hoc parùm inter Autores convenit. Tamen si quis legatus conveniret* (i. e.) *obvios haberet.*

Sum cum compositis — &c. [pag 37.]

Sic et *adsupervenio* pro *supersum*, ut Virg. 2. Æneid. *Capti adsupervenimus undis*; (i. e.) *supervivimus.*

Ablativum hoc cum regit casum præpositionis; ut, *Absint inani funere neniæ*, Hor. Od. ult. lib. 1. Quæ interdum repetuntur, ut, Tusc. 5. Tusc. *a quâ abest prudentia.*

Præcipuè verò quando pro *de loco* ponitur, ut Cicer. *Tu a Novesio copias a nostris M. passuum quatuor & viginti ab. esse.*

Dat. postulant verba composita, &c.

Sed præeo, prævinco, &c. ibid.

Neque admittunt dativum *obeo, adeo, adspicio, adsentior, contago* pro *tango*: cum nonnullis aliis.

Conducit hoc tuæ laudi. ibid.

Ita Plaut. Amph. *Voluptati mœror comes consequitur*: atque hinc fortasse fit quod Cicero 5. Tusc. *comitor*, quod idem est quod *comes consequor*, Dativo donat. *Cæteras quæ comitantur huic vitæ.* Verùm Farnabius vult utrumque Græcari, quia ἀκολαθέω Dat. requirit.

Impendet omnibus periculum. ibid.

Sic *Iuvus insidiatus ovili*, Æneid. 9. Post *impendo* autem nonnunquam præpositio cum suo casu sequitur. Vide inter *verba composita cum à, ab*, &c.

Item *impono operi finem*, & *imposuit mihi*, ſup. *dolum el dolos*. Angl. **He has put a trick upon me.**

Sic etiam *illacrymo*, ut Cicer. lib. 3. de Nat. Deor. *Quid dicam de Socrate? cujus morti illacrymare ſoleo? Illa vim legens.*

Pauca ex his mutant, &c. ibid.

Sic *adſcribo Senatoribus*, & *in numero Senatorum*. *Alla-* apud optimi ævi Autores vix legitur cum Dat. cum ccuſ. autem copulavit Livius lib. 8. Bell. Maced. *Qui, ico quoque eo, allatrare ejus magnitudinem ſolitus erat.*

Condono nonnunquam legitur cum duplice Accuſat. Nam c Ter. in Phorm. Act. 5. ſc. 7. *Argentum quod habes con- onamus te. Conducit huic rei, & ad hanc rem*, vel *in rem um*: & in al à ſignificatione *conduxit equum.*

Subeo frequentiùs præponitur Accuſ. ut *verbera ſubire, in legis ſubire; tectum, urbem, nemus ſubire*; legitur tamen m Dativo, præſertim verò, quando motum ad locum ignificat. ut Virg. Æneid. 6. *Pars ingenti ſubire phere-* n. & Æn. 9. *Jámque propinquabant caſtris muróque ubibant.*

Quo ſenſu *ſuccedo* ſæpiùs cum Dandi caſu reperitur, nonnunquam autem cum Accuſativo. Tacit. lib. 2. *murum ſuccedere.*

Anteſto, etiam *antecedo*, & *anteverto* utrique caſui jun- untur.

Occumbere morti vulgare eſt. Sed aliter Suet. in Auguſt. *Voluntariam occubuiſſet mortem.*

Invideo plerumque legitur cum Accuſativo *rei*, Dat. *erſonæ*. Ut Virg. Georg. 1. *Jampridem nobis te cæli regio Cæſar Invidet*, &c.

Aliquando verò cum ſolo Accuſat. ut Ovid. epiſt. Lae- am. *Troadas invideo*, &c.

Indulgeo etiam (licèt vulgò amet Dativum) cum Ac- uſ. junxit Ter. Eunuch. Act. 2. ſc. 1. *Nimis me indulges.* em Heaut. Act. 5. ſc. 2. *Te indulgebant.*

Si plura vis de hujusmodi compositis, vide quæ dicuntur ad Reg. *Præpositio in compositione*, &c.

Præstat ingenio alius alium. ibid.

Cum Dat. autem Ter. Eunuch. Act. 2. sc. 2. *Homo bonus quid præstat?*

Interdico tibi aquâ & igni. ibid.

Intercludo etiam variè construitur. Nam dixit Cæsar, *interclusus hostem commeatu, a commeatu*; & *hostis commeatu*. 1. Bell. Gall.

Neque interdico semper construitur cum Dat. & Abl. nam pro Abl. nonnunquam habet Accus. *Feminis usum purpuræ interdicemus.* Et indifferenter dicitur, *Interdixit Romanos omni Galliâ*, & *interdixit omnem Galliam Romanis.*

Sum cum multis alijs geminum Dat. &c. [pag. 88.]

Sic Ter. Adelph. *Tu nunc id tibi laudi ducis*; & ibidem *Utrum studióne id sibi habet, an laudi putat fore.* Virg. Æne. d. 1. *Venturum excidio Lybiæ.* Et eodem libro, *Utque novæ patent Carthaginis arces Hospitio Teucris.*

Huc etiàm refer, *Cui nunc cognomen Iulo.* Virg. Æn. 1. Neque absimile illud Liv. lib. 6. decad. 4. *Scipio, cui africano cognomen erat.* Hor. Sat. 3. l. 2. *Qui tibi nomen Insano posuere.* Plaut. Bacch. Act. 4. sc. 4. *Quid mihi refert Chrysalo esse nomen?* Aliquando reticetur alter Dat. ut Plaut. Capt. Act. 5. sc. 2. *Pægnium vocitatu'st, post vos indidistis Tyndaro*; quod integrum legas *nomen ei indidistis Tyndaro.*

Accusativus post verbum.

Verba Transitiva, &c. ibid.

Sed verbum regens al quando ἐλλείπει; ut, *quid multa sup. dicam: bene te*; (i. e.) *Dij bene te ament.*

Pol

Post multa activa supplendus est Accusativus è pronomibus reciprocis, ut Appul. lib. 8. *tegumentis frondis, & foliis absondimus*, (i. e.) *nosmetipsos*. Ovid. epist. 9. *nube pari*, sup. *te*. Nam *nube* idem valet quod *vela*.

Sic Livius lib. 2. V. C. *Accendunt insuper hostes ferociùs*. (i. e.) *accendunt se*. Virg. Æneid. 2. *& lateri adglomerant ipso*. Ubi Servius *adglomerant* pro *adglomerantur*; sed faciliùs subaudias *se*.

Ad eundem modum legas apud probatos Autores, *Æquant illis; augent labores, morbus, res; caperat frons; dum ornat amica; matres cruciant; Populus Romanus decoxit; expedivit parasitatio; ingeminant curæ, clamor; infinuat vox, metus; illa laverit; iræ leniunt; terra movet; filum tenuat; mortis metu mutabunt; pascit juventa; mille greges ruebant; venti posuere; rapidi flatus ponunt; ex humido cælo præcipitat; non hoc *pulveret; assanti capite incedit; palliolum rugat; tempestas sedavit; cùm mare turbat; variant aquilonibus undæ; navo vertente; prora avertit; res paulatim in disciplinam inverit; volventibus annis; genibus volutans*; quibus omnibus, si tubinteligas *se*, manifestus erit sensus, & integra constructio.

*Vid Agel. lib 18. c. 12.

Ita Quintilianus lib. 1. c. 7. *lavamus, & tondemus*, subaudi *nos*. Appul. Apol. 1. *parciùs pasco, leviùs vestio*, si desideratur *me*.

Post *gestans* etiam, & *vehens*, quæ vulgò pro *gestatus*, & *vectus* poni putantur, si addas pronomen reciprocum, servat analogia cum reliquis participiis præsentis temporis. Ut Cicer. de claris Orat. *Adolescentia per medias laudes quasi quadriga vehens*, sc. *se*. Neque absurdè dicitur quisquam *vehere* cùm *à quadrigâ vehatur*; facis enim, quicquid ab aliis ut fiat, facis.

Aliquando alio modo sananda constructio, ut cum dicitur *faciam vitulâ*; Virg. *Seu poscat agnâ sive malit hædo, Hor. lib. 1. Od. 4. subaudi *victura*. *Appulit, solvit*, vel *conscendit*, puta *navem*.

Alii autem leg. *agnam & hædum*.

Obire,

Obire, accumbere, vel *oppetere*, puta, *mortem*; *immo-*
alicui, scilicet *dolos*, vel q*uippiam* ridiculi; *servavit* d*o-*
curavit, decoxit, intellige *rem*; *conturbavit* nimirum *ra-*
nes; *egit, agitavit, degit*, nempe *vitam*; *misit orare*, *sup-*
nuncium, vel *epistolam*.

Post *tendere* verbum Castrense quo usus Cæsar. lib.
Bell. Gall. intelligas, *pelles*.

Huc etiam pertinet *Abstineo*, quod vulgò neutrale
construitur, ut *abstinere animis, abstinere vitiis*; ve ùm subin-
telligi Accusativum ostendit Ciceronis Phil. 2. *Quale a-*
tem beneficium est quod te abstineris a nefario scelere;
Hor. Sat. 3. lib. 2. *Abstinuit vim uxore & gnato.*

Sunt quæ figuratè Accusativum habent ibid.

Hujusmodi multa inter legendum observes. Virg. Æ.
4. ——*Movientem nomine clamat*, & Æneid. 7.——*da-*
conclamat agrestes. Cicer. Phil. 2. *Ultimam Cn. Pompei ca-*
Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam dis-
misisses. Item *Desperare vitam, salutem*, &c. Virg. 3. Geo.
Humeros ad vulnera durant. Appul. *Ejulabam fortunas me-*
Cicer. *Emeregit se*. Idem. *Erumpunt in me stomachum*. Ad
Natura nobis inoleverit amorem nostri. Cicer. 1. ad Att.
Qui denegat & juravit morbum, (i. e.) *morbo se excusa-*
Plaut. Pœn. act. 5 sc. 4. *Me meæ latrant canes*. & Ho
lib. 2. Sat. 1. *Si quis Opprobriis dignum latraverit inte-*
ipse. Plaut. *Is apud forum me manet*. Agell. lib. 2. c. 2
Atque ita cassita nidum migravit (i. e.) *reliquit*. vel m
vit. Appul. *Hunc ille timorem mussitabat*. Plaut. Amp
act. 1. sc. 1. *Perduelles penetrant se in fugam*, Trin
act. 2. sc 2. *Quo illic homo se penetravit ex ædibus*. Qu
imiratus est Agellius lib. 5 c. 14. *Specum quandam nactu*
eâ me penetro, & recondo; Et l. 14. c. 10. *Et in Grammati*
*sese, atq; Dialecticam, lite*ique *antiquiores, altiore*que
netraverat. Papinius lib. 1. Syl. *Claráque gaudentes p*
ferunt lumina cygni. Virg. *Et mutata suos requierunt flu*
cursus. Appul. 5. Met. *Crebris earum ejulatibus saxa c*
téque parilem sonum resultant. Ter. Adelph. Act. 3. sc.

Cæte

terns rucrem, agerem, &c. Sic, *Irruit ſe illic, Foràs ſe eruunt.* Plaut. act. 1. ſc. 5. *Ego rem meam ſapio.* Cicer. ad Attic. lib. 14. *Si recta ſaperet Antonius.* Hor. od. 13. lib. 4. *Quæ ſpirabat amores.* Agell. lib. 2 c. 29. *Superſedent veram.* Appul. lib. 6 Meram. *Stupore deſixi mirantur ac rapidant divina præſagia.* Luc. et. lib. 6 *Ipſi ſibi ſæpe venena vergebant.* Maro Æneid. 6. —— *Phœbique invergit furentia pectori.* Ovid. 7. Met. Fab. 2. *Tum ſuper invergens liquidi carcheſia vini.* Et dixit Livius lib. 54. *Montes ingentis altitudinis eò ſpem facitebant magis, quia nullos opertos ſubterrent rivulos.* Quibus in locis *invergo* eſt *infundo, everſo effundo.* Sic Cicer. de Nat. Deor. *Xenophon eadem fere loquitur. Plaudere aquas* apud Statium lib. 3. ſilv. carm. 3.

Paſtillos Rufillus olet. ibid.

Synecdochicè ſcilicet, nam *olere* repe itur ſæpiùs cum abl. ut Propert. lib. 4. eleg. 8 *Cur nardo flammæ non ſuave meæ?* & Naſo, *Pérque locos ſacros & olentia ſulphure templa.* Maro quoque Georg. 4. *Redolentque thymo fragrantia mella.*

Duo Accuſativi.

Verba rogandi, docendi, &c. ibid.

Celò etiam huc referas, quod duos etiam amplectitur accuſativos, ut Ter. Adelph. Act. 1. ſc. 1. *Ea ne me celet, Æſchinum feci filium.* Cicer. Cælio lib. 2. epiſt. 15. *Non enim te celavi ſermonem.*

Item Teſtor, ut Virg. Æneid. 7. *Multa Deos auráſque ante teſtatus inanes.*

Duplicem etiam Accuſativum nonnunquam regit *condono*, ut Ter. Phorm. act. 5. ſc. 7. *Argentum quod habes condonamus te*, vulgò *tibi.*

Quod idem & *eludo* ſignam Plauti eſt Curcul. act. 5. *Obſtes quæſo, ut mihi dicas unde illunc habes annulum, quem paulò antè hic te eludit.* Verùm pro *quem* dici poteſt *cujus.* Sic enim Tacit. in 4. Annal. *eludentes optatæ tetricis pugnæ.*

Voce

Voco, appello, facio, præſto, do, addo leguntur etiam cum duobus Accuſativis, ſed alterum per epexegeſin, *Facio te, apud illum, Deum.* Ter. Adelph. *Quos, honoris cauſa, aſinos apellamus.* Item verba *monendi*, ſi alter Accuſativus ſit *hoc, illud, iſtud*, &c. ut ſuprà annotavimus ad verba *monendi.*

Precor & *oro*, licèt verba *rogandi* ſint, nonnunquam pro Accuſativo habent Dativum, ut Plaut. Aſin. act. 2. ſc. 4. *Pergin' precari peſſimo?* Ter. Phorm. Act. 1. ſc. 2. *Precatorem adeam, credo, qui mihi ſic oret.* Virg. Æneid. 8. *Cui nec fortuna precari, & vittâ comtos voluit prætendere ramos.* Sed hæc Græca conſtructio; nam illi dicunt εὔχεσθαι θεοῖς

Rogandi verba interdum, &c.
Veniámque oremus ab ipſo. ibid.

Interdum etiam cum præpoſitione *cum*, ut Plaut. Rudens. Act. 3. ſc. 4. *Scin' quid? tecum oro ſenex, ut illas ſervet*, &c. Similiter Ter. Hec. act. 4. ſc. 4. *Ego atque oravi tecum uxorem ut duceres.* Neque ſolùm verba *rogandi* hanc mutationem admittunt, ſed etiam verba *docendi*; ut, *Senatum edocet de itinere hoſtium.* Illuſt. Cat. Et Ciceroniana ſunt, *erudire aliquem artibus, in aliqua re, de omni republica*, &c. Imò haud ſcio, an uſpiam, niſi apud Poetas reperitur *erudio* cum duplice Accuſat.

Ablativus poſt Verbum.

Ablativo cauſæ & modi actionis aliquando additur præpoſ. [pag. 89]

Sic Cicero in Bruto, *à philoſophiâ inſtructior.* Liv. lib. 2. *Imperatores ad id bellum de omnium populorum ſententia lecti, Attius, Julius, & En. Martius.* Plaut. Stich. Act. 1. ſc. 3. *Nunc Microtrogos nomine ex vero vocor.* Ubi de & ex Angli exponimus by. Cicer. lib. 2. de Leg. *in hoc admodum delector.* ſic Cicer. *per ſcelus*, Ter. *propter timorem.* Cave autem *inſtrumento* addas præpoſitionem, nam hoc prorſus refugit togatus ſermo.

Quibuſ-

Quibuslibet verbis subjicitur nomen pretii, &c. ibid.

Nec verbis solùm, sed & adjectivis *venalis, carus, vilis*; *Non gemmis, neque purpurâ venale, nec auro.* Hor. od. 16. 2. *Quod non opus est, asse carum est.* Senec. 94. epist.

Excipiuntur hi Genitivi tanti, quanti, &c. Sin addantur substantiva in Abl. [pag. 90.]

Quandoque tamen in Genitivo ponuntur adjectâ ipsâ re pretii, ut, Plaut. Casin. & Trin. *Vir minimi pretii.* Ter. Andr. *Videtur esse quantivis pretii*, sed hoc est *aestimatus*, non *pretii dati.*

Verba Abundandi, &c.

Ex his quædam nonnunquam in Gen. ibid.

Huc spectant *frustror* & *eludo*, ut, Agell. lib. 5. c. 10. *sibi argumento confutatus est, & captionis versutè excogitatæ frustratus est.* Tacit. Annal. 4. *Eludentes optatæ tot pugnæ.* Hoc est *toties optatâ pugnâ frustrantes*; nam *toties* sæpiùs cum Abl.

Compleo, etiam *expleo*, & *scateo* leguntur nonnunquam cum Genit. *Inficio* item apud Appuleium lib. 5. *Pinnas, ac meo gremio nectarei fontis infeci, prætonderim, infeci* (i. e.) *imbui.* Apud eundem quoque de Deo Socratis est, *cui beatitudinis esurit & sitit*, (i. e.) *caret*, ut planè loco liquet. *Egeo* autem nonnullibi cum Accusativo reperitur. Plaut. Men. Act. 1. sc. 2. Sallust. in Bell. Jugur. *Quia munimento egebat.* Agell. lib. 13. c. 22. *Vitio vertit quia multa egeo, at ego illis quia nequeunt egere.*

Fungor, fruor, utor, &c. Abl. ibid.

Fungor autem Accusativum asciscit, non rarò apud Varium, Terentium, Lucilium, & alios.

Utor etiam cum Accus. copulat Plautus Asinar. act. 1. *Eadumquodque istorum, &c.—Cætera quoque volumus uti.* *Abutor* autem crebrò Comici. —*Suâ*

—*Sua victoria*———*gloriarentur.* ibid.

Ablativo *post glorior* aliquando additur præpositio ut, Cicer. de. Nat. Deor. *In virtute gloriamur.* Aliqu de, ut idem in Vatin. *De iis divitiis intolerantissimè g riaris.*

Mutat quadrata rotundis. ibid.

Eandem constructionem subit *verto*, ut, Hor. od. lib. 1. *Vertere funeribus triumphos.*

Vescor carnibus. ibid.

Vescor etiam cum Accus. usus Tibullus lib. 2. eleg. *Sacras innoxia lauros vescor.* At creb ò Plin. Vide, si op sit, lib. 8. cap. 1. lib. 9. c 1. item lib. 10. c 8. lib. 11. c. 36. Est & Taciti in vita Agricolæ, *Eò ad mum inopiæ venêre, ut infirmissimos eorum mox sorte d vescerentur.*

Huc quoque referas *creor*, *nascor*, *victito*, *vivo victito*, *sto*, *consto*; ut, *Nasci matre pudenda.* Hor. 2 lib. Od. *Fortes creantur fortibus.* 4. l. 4. Od. *Tanquam si victitet.* Plaut. *Vivitur ex quo melius*, Claud 1. in Ruf *Censoris opinione standum putavit*, Cicer. pro Cluen *Tota constat experimentis in dicina.* Quintil. lib 2. c. Quæ etiam construuntur cum præpositione, ut *Vivitur rapto.* Ovid. Met. 1. *De lucro vivere.* Cicer. 17. epist. *Nasci ex principibus; ex fraude, fallaciis, mendaciis co totus videtur.* Cicer. &c

Hujus etiam Classis est *nitor*, ut Virg. Æned. 6. *vides, puvâ juvenis qui nititur hastâ.* Quod tamen a lim tetit præpositionem, ut Cicer. pro Milon. *In hujus nititur salus civitatis.*

Huc volunt etiam nonnulli spectare *lito*, quod aiunt absolutè sempertoni, vel cum Ablativo, non item Dativo, adeò ut juxta eos haud liceat dicere *Litare sacra* vel *exta.* Sed rarius modo *sacris* vel *extis.* Ve fallantur, nam Propertii est. lib. 4. eleg. 1. *Pastor &*

mos fœta litabat ovis. Et Suetonii, *victimas Diis patri lis litare.*

Quædam accipiendi distandi, &c. ibid.

Hæc etiam spectant verba *differendi,* & *dissentiendi,* item *distandi,* & *arcendi,* quæ vulgò præpositionem ante Ablativum exigunt. Poetæ autem sæpenumerò imitati Græcos hæc malunt cum Dativo construere, ut Hor. lib. 1. od. 6. *Longè mea discrepet istis, Et vox, & ratio.* Sic. lib. 4. od. 9. *Dissidens plebi,* &c. Et ibidem, *Paulùm sepultæ distat inertiæ celata virtus.* Item epist. ad Pisones, *Differt sermoni sermo,* &c. Virg. Eclog. 7. *Solstitium pecori defendite fessis.* Georg. 3. *Arcebis gravido pecori.* Pers. Sat. 1. *Nilne pudet tibi non posse pericula cano Pellere? Classes aquilonibus obstet,* Hor. de Art. Poetic. ubi Hypallage est, pro *Aquilones flatibus.*

Eodem fere modo usurpatur *caveo,* de quo vide quæ dicta sunt ad *Hæc variam habent constructionem,* &c.

Libero etiam & *prohibeo* huc referas, quæ, etsi nonnunquam Ablativum muntent in Dativum, hoc apud Plaut. Mercul. illud apud Livium, lib. 1. Decad. 3. ut nos in Thesauro suo docuit H. Stephanus, sæpiùs tamen retinent Ablativum omissâ præpositione, ut *voce prohibere aliquem,* Cæs. pro Ligario, (i. e.) *impedire ne loquatur.* Et fortasse quum Ablativus manet in allatis plerisque exemplis, ubi ego putatur transisse in Dativum. Certè Horat. Serm. 2. od. 3. dixit, *Abstinuit vim uxore & quato,* cùm per metrum licuerit dixisse *uxori.*

Quibuslibet verbis additur Abl. absolutè, &c. *Imperante Tiberio.* ibid.

Non *Imperanti,* nam Participium præsens in hac constructione vix aliter, quàm in *e* reperias: verùm hic forte respicitur præpositio, quum al quando admittunt; ut *Pugnus in adversis. sub te teste, duce, judice; cum Diis juvantibus; A te præsente,* &c.

Quædam

Quædam tamen efferuntur in Gignendi casu. ibid.

Sic *fallit animi*, Lucret. lib. 5. *fallor sermonis*, Plaut. Epid. Act. 2. sc. 3.

Varia constructio.

Laboro de iis (i. e.) *sollicitus sum. Laboro ex iis* (i. e.) *ægroto*: in quo significatu aliquando sine præpositione, ut *laboro febri.*

Sic *laborare hostibus* (i. e.) *opprimi. Laborare injuria* (i. e.) *gravari.* Et absolutè, *laborat cornu in acie.* Plin. de Vit. Illustr. 2. 6. (i. e.) *infirmum est.*

Item *pluit lapis, pluit lapides, & lapidibus.* Farn.

Passivis additur Abl. agentis, sed antecedente præpositione. [pag. 92.]

Aliquando *Accusativus* cum præpositione *per*, ut Cic. ad Lentulum lib. 1. epist. 1. *res agitur per eosdem creatores.* Et lib. 18. ad Attic. ep. 9. *id assequitur, si per prætores consules creantur.*

Et interdum Dativus. ibid.

Imò Poetis usitatior Dativus.

Videor pro *Δοκῶ*, *I seem*, semper habet Dativum. *Videor mihi* Cicer. 2. de Orat. *Mihi sic videtur.* Ter. Adelph.

Cæteri casus manent, &c. qui fuerunt activorum. ibid.

Sic quia dicitur, *Argentum, quod habes, condonamus*, manet alter Accusativus in Passivâ constructione, ut Ter. in Phorm. *Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur* scilicet *à me*: nam *condonabitur à me* idem valet, quod *condono*: si igitur liceat dicere *quæ te condono*, quid non *quæ te condonabitur?* Farnabius vult esse Hellenismum quo *condonabitur*, pro *quæ condonabuntur* (nam Græcè Neut. plur. vult verb. sing.) sed quid opus?

Quibus-

Quibuſdam tum verbis.

Interdum duos Infinitos conjunctos reperias, poſterio-
rem à priore pendentem; nec audiendus Servius qui aliter
vult; jam Terentii eſt Andr. Act. 3. ſc. 2. *Quod juſſi ei
dare, & quantum imperavi, dare.* Et Cæſ. de bell.
Gall. *Si quid ille à ſe velit, illum ad ſe venire opor-
tere.*

Tum adjectivis ibid.

Non autem omnibus *Adjectivis*, ſed in prosâ inprimis
utilibus, & *dignus*; in ligatâ oratione, quæcunque *peri-
tum, curam*, vel ſimile ſignificant; qualia *bonus, nobilis,
celer*, &c.

Subjicitur etiam *modus infinitus* nonnullis *ſubſtantivis*,
ut *tempus, occaſio, conſilium, libido.* Cicer. in
Lucis, *Sed jam tempus eſt ad id, quod inſtituimus accedere.*
Ter. capt. Act. 2. ſc. 3. *Non adeſt occaſio benefacta cu-
mulare.* Cæſ. lib. 7. de Bell Gall. *Conſilium cepit, omnem
ſe equitatum noctu demittere.* Salluſt. in Jugurth. *Niſi
forte, quem perniciosa libido tenet potentiæ paucorum decus,
quæ libertatem gratificari ſuam.*

Ponuntur interdum figuratè, &c. ibid.

Scilicet propter ἔλλειψιν verbi *dicit* vel *dicunt.* Ut Maro
Aneid. 9.——*Tunc Niſus & unà Euryalus confeſtim alacres
admittier orant, Rem magnam pretiúmque moræ fore.* (i. e.)
dicunt fore. Salluſt. in Jugurth. *Poſtero die cum Aulo in
colloquio verba facit, tametſi ipſum, cum exercitu, fame
atque clauſum teneat, tamen ſe memorem rerum humana-
rum, ſi ſecum fœdus faceret, incolumes omnes ſub jugum
miſſurum; præterea uti diebus decem Numidiâ excederet.*
In iſtiuſmodi verò exemplis *criminibus terrere novis*, &c.
ubi vulgò putatur modus infinitivus uſurpari per enallagen
pro imperfecto indicativi, eſt ἔλλειψις verbi *cœpit.*

Quâ neque ſoli uſi ſunt Poetæ. Nam Ciceronis eſt lib.
2. de Oratore. *Galba autem illudens variè & copiosè,*

multas similitudines adferre, multáque pro æquitate dare & Plinii in Panegyrico, *Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes.*

Interdum aliter supplenda est ἔλλειψις, ut in illo Ciceronis ad Terentiam. *Me miserum! in tantas te calamitates meâ culpâ incidisse?* supple *cum dolore.* Ter. Andr. Act. 1. sc. 5. *Servon' fortunas meas me commisisse futuris?* intelligendum *est?* Plin. ad Adrian. *Hominem Romanum tam Græcè loqui?* puta *an credibile est?*

Nonnunquam reticetur Infinitivus, ut *Athenas cogito, Rhodum volo,* subaudi *proficisci; Fidibus scire,* Ter. Eunuch. Scil. *canere. Callet Latinè,* supple *loqui.*

Interdum Infinitivus modus loco nominis ponitur, nempe Genitivo more. Ut, Hor. lib. 1. epist. 7. *Reddes dulce loqui, reddes videre decorum.* (i. e.) *dulcem sermonem, risum decorum.*

De Gerundiis.

Gerundia sive Gerundivæ, &c. [pag. 93.]

Imò & alia verbalia, ut Plaut. Amph. Act. 1. sc. 3. *Quid tibi hanc curatio est rem?* & Aul. act. 3. sc. *Redi,* &c. *Quid tibi nos, mendice homo, tactio est?* Trucul. Act. 2. sc. *Quid tibi hanc hortatio est, inquam, amicam meam?*

Cicer. 1. de Legibus, *Quod si justitia est obtemperandum scriptis legibus, institutisque populorum.* Idem in Phil. quarto: *Cùm capitalem & pestiferum Brundusio Marci Antonii reditum timeremus.* Plaut. Amph. act. 1. sc. *Qui me alteri Opulento homini hoc magis servitus dura est.* pro *servitus opulento homini servitur.*

Liv. lib. 25. *Hanno vitabundus castra hostium.* Appul. *ubertim flebam carnificem imaginabundus.* Ter. Heaut. *Ne adversatrix.* Hecyr. prolog. *Meæ autoritati fautrix adsit tuæque.*

Sic legitur *Studiosus adulterio* apud Plautum, & apud Ovidium Met. 1. *Ignis dicitur esse pugnax aquæ,* scilicet *quia studeo & pugno* vulgò cum Dandi casu leguntur, non

avis *adulterio* esse Ablativi, neque enim hunc casum reg-
uit *studiosus*, ut in illo Ennian. *Studiosus robore*
elli.

Utendum est ætate. ibid.

Nec ita locuti soli poetæ. Varro lib. 6. de Linguâ Lati-
, *Subulo dictus, quòd ita dicunt tibicines Tusci: Quo-*
ca naduces ejus in Etruriâ, non Latio quærendum est. Tull.
n Catone Majore. *Tanquam longam aliquam viam confece-*
is, quam nobis quoque egrediendum est.

Gerundia in di pendent a quibusdam — substantivis, &c.

Interdum omittitur nomen *Substantivum*, ut Tacit. An-
al. lib. 15. *Volozesi vetus, & penitus infixum erat, arma*
umana vitandi. Supp. *propositum.* Ter. Adelph. Act. 2.
. 4. *Id assentandi magis facere.* Intellige *gratiâ* aut
ausſâ.

Poeticè Infinitivus loco Gerundii. ibid.

Nec apud Poetas solùm Infinitivus post substantivum
onitur. Nam Livii est, *Tempus conari.* Ciceronis, *Tempus*
cere. Vide suprà annotata ad Regulam *Quibusdam tum*
erbis, &c. [redacted]
Interdum non invenuste adjicitur Ger. Gen. plur. ibid.

Sic etiam non semel locutus est Cicero. Sed in primis id
pronominibus contingit. Ut lib. 2. de Divin. *Doleo tantum*
nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.

Gerundia in do pendent ab his præpositionibus, &c. ibid.

Censet Valla post *verbum motûs* non rectè usurpari *Ge-*
undum. Ideóque nec dicendum, *revertor ab arando*, sed *ab*
ratione: quæ sententia etsi Vossio nostro parum arridear,
on tamen eam, prout nobis videtur, satis refellit.

Ponuntur & absque præpositione. ibid.

Et ita posita, nonnunquam Dativi constructionem su-
cunt, ut, *Emporetica inutilis scribendo.* Plin. lib. 13. c. 12.

Radix ejus vescendo est decocta. lib. 41. cap. 16. *Nitrosa utilis est bibendo.* lib. 31. c. 6. Nisi mavis hic esse *Participia*, aut *Nomina Adjectt.* quàm *Gerundia*, nec enim nostâ refert quo nomine hoc vel illud vocabulum appellant malè feriati Grammatici, dummodo togata juventus in veteri & purâ Romanâ eloquentiâ sa is instructa sit. Vide *Verruntur Gerundii voces*, &c.

Gerundia in dum ab his præpositionibus,
Inter, ante, ad, ob, propter. ibid.

Etiam & à *circa.* Ut, *Plus eloquentiæ circa movendum valet.* Quint.

Cùm significatur necessitas ponuntur, &c.
addito verbo est. ibid.

Dicitur etiam absque *est*, *Habemus præcipiendum*; Ulstiùs *habeo præcipere. Cùm deponendum haberet.* Plin. lib. 10. cap. 55. (i. e.) *cùm necesse haberet deponere. Posse Livius statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet.* Tacit. lib. 4. Annal. Interpretatur hoc *tolerare posset*, sed malim *tolerare deberet*, vel *tolerare convenientius putavet.*

Verruntur Gerundii voces in Nom. Adjectt. [pag. 94.

In istiusmodi verò, *Nox est solvendo*; *Non est ferendo onus*; *Ficus Alexandrinæ non sunt vescendo*; subintelligendum *aptus*, vel simile aliquod vocabulum, qualia *bonus*, *melior*, *idoneus*, quæ aliquando exprimuntur. Ut, Cato de R. R. c. 6. *Ager oleto conserendo alius bonus nullus erit.* Celsus lib. 5. c. 19. *Puri movendo aliud non est melius.* Columella lib. 1. c. 9. *Mediastinus qualiscunque status potest esse, dummodo perpetiendo oneri sit idoneus.* Vitruvius lib. 2. c. 8. *Ea non potest in structura oneri ferendo esse firma.* Appul. Metam. *Oneri ferendo non inhabilis.* Vide suprà quæ annotata ad *Ponuntur & abjq; præpositione*, quò si lubet hæc omnia referas.

De Supinis.

At hoc supin. in neutro passivis & cum Infinito ire passivè, &c. ibid.

Aliquando etiam cum Indicativo *itur*. Ut, *Contumelia illi, vel injuria, factum itur*, (i. e.) *opera datur quò fiat.* Quemadmodum ex verbis Catonis nos docuit Agellius lib. 10. c. 15.

Poeticè dicunt, Eo visere, &c. ibid.

Et Virgilii est 1. Æneid. *Non nos aut ferro Lybicos populare penates Venimus.* Videat cui vacat Ter. Hec. Act. 1. sc. 2. Hor. lib. 1. Od. 23. Lucret. lib. 4. Plaut. Curcul. act. 1. sc. 3. & Bacch. act. 2. sc. 2. item act. 4. sc. 3. Stat. lib. 4. Syl. 4. ad Marcellum.

Posterius supin.——*sequitur Nom. Adject.* ibid.

Dicitur etiam *Fas dictu*, Cicer. lib. 5. Tusc. Quæst. *Nefas visu*, Ovid. 3. Fast. Sed hæc quoque suâ origine Adjectiva sunt, contracta scilicet ex *faris*, & *nefaris*, pro quo nunc dicimus *nefarius*, & *nefandus*. Cui hæc displicet contractura, videat, an eâ minùs, quæ notavimus de his vocibus ad Reg. *Quæ nullum variant casum*, &c.

Cubitu & venatu Nomina potiùs censenda. ibid.

Imo censet Vossius *Subina* non alia esse, quàm Accusat. & Ablat. casus a nominibus verbalibus. Et in exemplis subinde exhibitis *Spectatum veniunt*, &c. vult subintelligi *ad*, quæ aliquando præponitur, ut, Plaut. in Prolog. Mercat. *Pater ad Mercatum me misit.*

In his verò *Factum dictu*, *Turpe dictu*, *Dignum spectatu*, &c. *dictu*, *spectatu* Ablativos esse, & ab Adjectivis regi præcedentibus. Scilicet ut *dignum spectatu* sit idem, quod *dignum spectatione*. Ut Cicer. in 1. Offic. *In rebus cognitione dignis*; sed de his subtilioribus, ne fatigant pueri.

De Tempore & Loco.

TEMPUS.

Quæ autem durat, & continuat. in Ac. interdum & in Ablat. [pag. 95.]

Non defuere, qui existimabant tunc esse Accusati utendum, cùm quid *continuum* significatur, Ablativo cu *intervallis distinctum*; ut, *Opto, multos annos ut bene v leas*, (i. e.) *ut sanitas sit continua, non morbis subinde i terrupta.* Sed optimi quique Scriptores negligunt hoc c crimen, quod, si operæ esset, multis exemplis probare p tuimus.

Dicimus etiam in paucis diebus, &c. ibid.

Etiam *Intra paucos dies. Inante diem, exante diem*, N *Jun.* Cicer. lib. 3. Epist. 13. ad Attic. *Item in horas* (i.e. *nullâ non horâ*; *Imposterum* (i. e.) *postea*; *De quartâ vigil* Cæs. *Cum prima luce.*

Item *Ad centesimum annum vixit, Ad mediam noctem* gilavit, *Ab hinc biennium, Ab hinc quindecim annos huc co migravit.* Plaut. Prolog. Aul. —— *Hanc domum jam m tes annos est cum possideo.* & Pers. Act. 1. sc. 3. *Hic l nondum sex menses Megaribus Huc est cùm commigra* (i. e.) *factum est ab hinc, vel ante multos annos. Factum ab hinc, vel ante, sex menses*, &c. Vid. quæ dicta sunt *Antipbasin.*

Cùm intrà *certum spatium temporis* aliquid factum rúmve, significatur, indifferenter dicimus vel *bidui*, *in biduo*, vel *intra biduum.* Si plura vis, vide quæ infra tata ad *Præpositio subaudita*, &c.

Spatium loci.

——*abest bidui, subintelligitur spatium*, &c. ibid.

Satiùs *viam* vel *viâ* subintelligas, quàm *spatium*, integrè Cicer. pro Planc. *Qui cùm abessent aliquot die viam.* & Cæs. Bell. Gall. 6. in Ablativo, *Bidui viâ a rant.* Alibi autem *bidui iter progressus.*

Appellativa locorum, &c.

Nomina Appellativa--majorum locorum --adduntur Verbis, &c. ibid.

Verbum hic nihil habet peculiare, quod non convenit eque & Nomini, nam non minùs Latinè dicitur *discessus urbe*, quàm *ab urbe discessi*. Si vis igitur ut hæc & cæ- æ regulæ, quæ ad locum spectant, satis latè pateant, sume *erbum* generali significatu pro *quavis dictione*.

Cum præpositione. ibid.

Aliquando autem *absque præpositione* leguntur & *Appellativa locorum*, & *Regionum nomina*. Cicer. pro lege Manil. *Inde Sardiniam venit*. Liv. lib. 47. *Hellespontum pervenium*. Tacit. lib. 2. Annal. *Germanicus Ægyptum proficiscitur*.

Sed inprimis ita loqui amant Poetæ; & in Appellativis, ubi *motus ad locum* denotatur, nescio an alii quàm Poetæ. Maro Æneid. 1. *Æoliam venit*. &c. Æn. 3. *Unde iter Italiam*. Æn. 1. *Lavinâque venit Littora*. & Æneid. 4. *Quasque abducite terras*; & passim alibi.

Interdum in Dativo ut, *It clamor cœlo*, Virg. Æneid. 5. (i. e.) *ad cœlum*. *Si quis casus puerum egerit orco*. Hor. Sat. 1. lib. 2. (i. e.) *ad orcum*.

Item in Ablativo, Hor. lib. 1. Sat. 9. *Ibam forte viâ sacrâ*. Cicer. Phil. 11. *Et nunc totâ Asiâ vagatur* (i. e.) *per totam Asiam*. Tacit. 2. Annal. *Germanicus Ægypto remeans*, (i. e.) *per Ægyptum*.

Peto autem pro *proficiscor* nunquam admittit præpositionem. *Dum ipse terrestri itinere Italiam peteret*.

Omne verb. admittit Gen. prop. nominis loci in quo actio, &c. ibid.

Neque solùm *Urbium* & *Oppidorum* nomina ita usurpantur, sed nonnunquam etiam *Regionum*, idque apud non infimos Autores: nam sic Maro Æneid. 3.

——*Non hæc tibi littora ſuaſit*
Delius, aut Cretæ juſſit conſidere Apollo.

Et Varro de **R. R.** lib. 1. ſc. 7. *Itaque Cretæ ad Gortynam dicitur platanus eſſe, quæ folia hyeme non mutat.* Valerius Maximus etiam lib. 4. c. 1. *M. Bibulus*, &c. *Cùm provinciâ Syriâ moraretur, duos egregiæ indolis filios ſuos Gabinianis militibus Egypti occiſos eſſe cognovit*: & Cæſar. ibi ſc 3. lib. Belli Civilis. *Cæſar cùm audiſſet Pompeium Cypri viſum.*

Sed in his locis, ubi proprium nomen in Genitivo ponitur, videtur eſſe ἔλλειψις prioris ſubſtantivi. Ut, *Quid Romæ faciam?* (i. e.) *in urbe Romæ. Viſus eſt Cypri*, (i. e.) *in Inſulâ Cypri.* Integrè Cicer. ad Atticum lib. 5. epiſt. 1. *In oppido Antiochiæ.*

Aliquando omiſſo generali nomine dicunt, *in Hiſpania, in Cronone*, in *Epheſo*, *in Epidauro*, *in Cajetâ.* Vide, ſi debites, Cæſ. lib. 2. Bell. Civil. Valer. Maxim. lib. 1. c. 8. Plaut. Bacch. Act. 2. ſc. 3. & epid. Act. 4. ſc. 1.

Etiam in Accuſativo. Virg. *Prima quod ad Troiam pro cauſa geſſerat Argis.* Æn. 1. & Cicer. de Sen. *Depugnavit apud Thermopylas. Fui ad Corinthum.*

In his verò, *Nuncio Ameriam*, *nuncio domum.* Cicer. pro Sext. Roſc. *Inſcendo, ut eam rem Naupactum ad herum nuncietur* Plaut. Mil. Glor. act. 1. ſc. 2. *Nuncio* videtur poſſe denotare *motum ad locum*, quàm *actionem in loco.* & idem ſit ac *nuncium fero.*

Hi Gen. humi, domi, militiæ, belli, &c. [pag. 96]

Sic etiam *foci, terræ, vicinæ.* Ter. Eunuch. Act. 4. ſc. *Domi ſocique.* Ovid. 2. Metam. fab. 2. *Maxima, cum ſit terræ procumbere, queſta eſt.* Plaut. Bacchid. Act. 2. ſc. *Proximæ vicinia habitat.*

Sed hæc omnia dici etiam videntur ἐλλειπτικῶς, quia integrè ſunt, *in ædibus domi*, (nam *domus totum ædificium, ædes conclavia* ſive *partes.* Vide Plaut. Caſ. Act. 3. ſc. *in loco* ſive *locis belli*; *in tempore militiæ*; *in ſolo humi, terra in domo vicinia*, &c.

Aliquan-

Aliquando autem *humus* & *domus* ejuſdem ſignificatûs perſonantur in Ablativo, ut Columel. lib. 2. c. 10. *Nec denſâ naſcitur* *humo. Utri capite præcedenti; *nam vel pinguiſſimâ, vel macerrimâ humo jaciatur, periit.* Cicer. pro Domo ſua. *Domo me contineo.* Maro. 3. Georg. *Hunc ardor, ubi aut morbo gravis, aut ſegnior annis Deficit, abdet* *domo; & cum præpoſitione Ter. Adelp. Act. 4. ſc. 7. *Mereo, & materfamilias unà in domo?*

*Pro quo Curtius. lib. 4. & Tacit. Annal. lib. 12 *in humum.*

*quo ſenſu Cic. ad Att. l. 11. ep. 6. dixit *recipio tempore me domo*, de ſimat, qui ſcit.

Verum ſi proprium loci, &c. Dat. aut Abl.——

Mallem dicere in *Ablativo ſolo*; nam *Tiburi*, *Anxuri*, *Arpinati*, &c. quæ vulgò creduntur eſſe *Dativi* caſûs, ſimile eſſe *Ablativi* tertiæ declinationis, quem, in multis ut nunc finiunt in *e*, per *i* terminabant veteres, ut ſuprà *Tertiam Declinationem* adnotavimus.

Sic utimur Turi vel ture. ibid.

Verùm Terent. Hecyr. act. 1. ſc. 1. verſ. 100. *Senex rus abdidit ſe*; & Cicer. in Piſo. *Abdidit ſe domum.* Sed hic *abdi* denotat *motum ad locum*, nam idem eſt ac ſi dicer es *cepit ſe rus, aut domum, latibuli gratiâ.*

Acheruntì etiam ſine præpoſitione dixit Plaut. Capt. Act. 5. ſc. 5. *Vidi ego multa ſæpe picta, quæ Acheruntì fierent cruenta.*

Ad Locum.

Verbis ſignificantibus, &c. ibid.

Hanc regulam ab antiquo obtinuiſſe inter Grammaticos dixit Servius in illud. 1. Æneid. *Italiam fatò profugus, Lavinaque venit Littora*, nec non & Fab. lib. 1. c. 5. præterim autem Cicer. ad Atticum. Epiſt. 3. lib. 7. ubi excuſat ſe quod dixerat *in Pyræea* additâ præpoſitione.

Licèt autem Grammatici ita præ eperint, attamen nec Oratores nec Poetæ, nec Hiſtorici eâ in parte ſemper ſunt ſecuti.

Hi

Hi enim etiam *Urbium* & *Oppidorum* nominibus aliqui addunt præpositionem, ut Liv. lib. 5. *Inde ad Veios duc exercitus.*

Sed præsertim ubi proprio nomini apponitur gener nomen *urbs*, vel *oppidum*. Ut Sallust. *Ad Cirrham oppid iter constituit.*

Vel adjuncto Adjectivo. Ut, Prop. lib. 3. eleg. 20. M *num iter ad doctas proficisci cogor Athenas.*

Vel quando *accessus* tantùm *ad* vel *prope urbem*, non gressus denotatur. Ut in illo Cæsaris lib. 3. de bello C *Primus Cassius ad Messanam navibus advolavit*, &c. Tull. Sen. *Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam.* Phil. *Cum inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet.*

Quod tamen locum habet tantùm in præpositione nam *in* semper *ingressum* notat, & nihilominùs adjunc urbis nomini. Ut, Plaut. Bacch. Act. 2. sc. 1. *Postqu hinc in Ephesum abii.* Et alibi idem, *In Seleucium, in C donem.*

Ad hunc modum utimur Rus & domus. ibid.

Rus tantùm in singulari sine præpositione ponitur; plur. non item; *domus* autem sine præpositione in utro numero. Liv. lib 39. *Jam ubi vos delapsi domos, & in vestra evitis.* & Ovid. Epist. Laodam. *Vestras quisque red domos.*

Gymnasium etiam & *balneum* omissâ præpositione di videtur Varro. *Olea dominum, & balneas, & Gymnasi sequitur*, pro *ad balneas* & *Gymnasium.*

Licèt autem sensu reciproco dicas *Ito domum, abi dom redii domum*, (i. e.) *domum meam, tuam, suam*: cùm men *domus* sit *alterius*, nihil prohibet quin addas præpo tionem. Ut, Cicer. Ver. 3. *Omnes ad eam domum*, in *ille diversabatur, profecti sunt.* & Ver. 6. & *mecum ad D to is domum servi.*

A Loco, per Locum.

Verbis significantibus motum a loco, &c.

Dicitur etiam *ab Româ, a Veiis, ab Ardeâ, ab Aquiloniâ.* ...v. lib. 1. Bell. Punic. *a Laodiceâ.* P. Lentul. lib. 12. e... ...ist. ad Cicer. ep. 15. *à Brunduſio.* Cicer. ad Attic. lib. 9. ...3 *à Mutinâ,* idem Phil. 12. ejuſdem quoque ſunt, ut ...lexandria diſcederet. *Ab Dianio, quod in Hiſpaniâ eſt, ad* ...apen, *quæ in Ponto eſt navigarunt. De Pomptino ſcripſi. De* ...avo ad te dedi. *De Meſſala literas. Ab Epheſo profectum. A* ...one diſceſſimus.

Obſervant nonnulli quod per *omiſſum præverbium* ſi na... *locus interior,* per *additum locus exterior.* Ut *à Buthroto* ...*à locis Buthroti vicinis*; ſed hæc obſervatio, etſi al quan... vera, ſæpe tamen fallit.

Ad eundem modum uſurpantur domus & rus. ibid.

...ubi ſignificatur *motus per locum* alia etiam Appellativa, ... *Hac vectâ plateâ.* Ter. *Terrâ marique ut conquirebatur* ...cer. *Vagantur læti atque excitati toto foro.* Idem. (i. e.) *toto foro,* vel *per totum forum.* Vide quæ dicta ſunt ad ...g. *Nom. Appellat.* & ſi operæ eſt, *ad Præpoſ. ſubaud.*

Verùm nec peccas ſi dicas *ab domo*; nam Livii eſt, *abeſſe domo non poſſunt.* Et, *Dum ſenes ab domo arceſſunt.*

Impersonalium conſtructio. [pag. 97.]

Genitivus.

Hæc tria impersonalia.

Verba in hac conſtructione non ſemper Impersonalia ...t. Nam al quando præcedunt *id, hoc, illud, quiddam,* ...ſimilia. Ut *Illud intereſt Ciceronis, Hoc refert meâ.*

Prudentis

Prudentis est, &c. ibid.

Ubi *proprium* videtur subintelligi, nam Cicer. 5. Tu *Sapientis est proprium.*

Tuâ refert, &c. ibid.

Mutilata constructio, integra est apud Plautum in Pe sa. *Meâ illuc nihil refert, tuâ refert gratiâ.* Verùm Pris anus ita supplet, *in re meâ, in re tuâ.* quomodo legimus, *re mea est.* pro *interest* vel *refert mea.* Plaut. *Utrum ven necne, nihil in re est mea.* Ter. Andr. act. 3. sc. 3. *sin est utrique.* ita MSSi quibus usi Vossius & Rivius, non *rem.*

Adjiciuntur & illi Genitivi, tanti, &c. ibid.

Item & *permagni & pluris.* Cicer. in Pat. *Quod perma interest sæpe pro necessario habetur.* Cætera explicantur p *multum, plurimum, parum, minimum, paululum, tantis vehementer, tantum, quantum, nihil.* Ut, *nihil Cicero refert, parum meâ refert*, &c.

Accusativus.

Hæc impersonalia Accusandi casum. ibid.

Decet autem cum Dativo usi sunt Plaut. Amp. Act. 2. sc. *Nostro generi non decet.* & act. 3. sc. ult. *Capiam ornatum, potis decet.* Ter. Adelph. act. 3. sc. 4. *ut vobis decet.* Ubi Donatus *Græ è dicitur ὑμῖν πρέπει*, & ad illud Adel act. 5. sc. 8. *Imò hercle ita nobis decet* hæc habet. *Antiqui addebant statim verbum facere, nos decet facere dicebant, non addebant, nobis decet dicebant.*

Eodem modo etiam locutus Sallust. *Locum editiorem, qu victoribus decebat.* Livius l. b. 34. & castissimus scriptor A gellius lib. 9. c. 15.

Sic etiam oportet conjunxit cum Dativo Plautus Mil act. 2. sc. ult. — *Homini servo suos domitos habere op oculos*, &c. Neque admittit Romanus sermo, ut assumat i unq

am Accusativum, nisi cum respectu ad Infinitum se-
rem, quare *oportet me ut hoc faciam* Latinum
est.

His Impersonalibus subjicitur Accus. cum Gen.
Miseret. [pag. 98.]

iseret autem nonnunquam pro Genit. habet Accusat.
er. Heaut. Act. 4. sc. 5. *Menedemi vicem me miseret.*
hic ἕνεκα; est præpositionis *ob* vel *propter*. *Fastidit*
m, vetetur, & *reveretur* cum utroque casu apud Anti-
le ustur. Ut in illo Pacuvii ad Nonium, *Ntlne te popu-*
retur, qui vociferare in viâ. Vide Reg. *Reminiscor, obli-*
scor. & *Indoluit* etiam cum Genitivo, ut Ovid. Met. 2 —
Sed quoniam Minervæ Indoluit——Sed hic videtur esse
lenismus, nam illi dicunt, ἀλγῶ παιδός; *doleo filii* (i.e.)
m filii.

Nonnulla Imperf. vemigrant aliq. in perf. ibid.

Plaut. in Sticho. Act. 1. sc. 1. *Et me quidem hæc condi-*
tio nunc non pœnitet. Cicer. Tusc. 5. *Sapientis est propium*
id quod pœnitere possit facere. Plaut. Phorm. *quod nos pœ-*
nit. Cicer. 2. de Oratore. *Si tibi id minùs libebit.* Idem
Acad. Quæst. *Si habes quod liqueat, neque respondes,*
rubis. & Ver. 4. *Non idem mihi licet, quod iis, qui nobi-*
cum nati sunt. Ovid. *Quod licet, ingratum est, quod*
licet acriùs urit. Idem. lib. 12. Metam. *Nunc tertia vivi-*
tur ætas. Martialis lib. 6. ep. 43. *Canáque sulphureis nym-*
phis natatur aquis. Et lib. 13. ep. 59. *Tota mihi dormitur*
hiems. Tacit. lib. 1. Histor. *Neque enim hic, ut in*
ceteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum
jura.

Quidem casus interdum non exprimitur. ibid.

Huc referas illud Terent. in Phorm. *Habeo alia multa,*
quæ nunc condonabitur, supple à *me*. Vide quæ suprà ad
certos casus manent, &c.

Participii

Participii conſtructio.

Genitivus.

Participiorum voces cùm ſiunt nomina, &c.

—— *alieni appetens.* ibid.

Sic *conſultus juris.* Hor. *Contentus libertatis.* Liv. *Invidi operis, laboris,* Tacit. *Docti ſermonis utriúſque linguæ.* H. *Falſus animi, Lapſus animi,* Plaut. *Mœſte animi,* Mart. *Fo rerum,* Virg. *Recreatus animi, Poſthumæ ſpei ſatigati.* Ap Verùm in his & ſimilibus videtur *gratiâ, cauſſâ, ratu* vèl aliquid tale ſubintelligi.

Accuſativus.

Exoſus, peroſus, &c. *Activ. ſignif. in Accuſ.* &c. ibid.

Sic etiam ſimplex *oſus*, ut Agellius lib. 4. c. 8. *Oſus eum morum cauſſâ fuit. Pertæſus* autem aliquando repe cum Genitivo, ut Tacit. lib. 15. *Lentitudinis er pertæſa.*

Ablativus.

Natus, prognatus, &c. ibid.

Verum hic ſubintelligi videtur præpoſitio; nam Ter tius integrè dixit, Adelph. *Ex me hic non natus eſt. ſe fratre.* Et Hor. lib. 1. Sat. 5. *Ab his majoribus orti.* O Metam. 14. *Humili de ſtirpe creatus.* Cicer. pro Flac. *eſt ab optimatibus concio.* Ovid. Metam. 1. *Epaphus m de ſemine tandem creditur eſſe Jovis.*

Adverbii conſtructio.

Nominativus.

En & ecce, &c. ibid.

En & ecce indifferenter Nominat. aut Accuſat. d

…r. Verum ante Accuſat. ἐνέστηκε *video*, & poſt Nominat. cujus gratiâ nonunquam additur Dativus. Ut, *Ecce tibi ſ…modi ſortitio.* Cicer. pro Cluentio. (i. e.) *Ecce tibi eſt.*

Genitivus.

Quædam adverbia Loci, &c. [pag. 100.]

Sic *Huc viciniæ*, Ter. *unde gentium*, Plaut. *Longe gentium*, Cicer. & Appul. *Longe parentum exulantes. Undique …rum, Intus ædium. In coram ſui*, (i. e.) *in præſentiâ ſui. …ſus divinationis ſapientiæ.*

Sed *unde* aliquando cum Ablativo. *Unde domo*, Virg. …neid. 8. (i. e.) *E quâ patriâ*. Nam *domus* aliquando …m quod *patria*, ut Plaut. Pœnul. *domo Carthaginenſis.*

Temporis.

Pridie calendarum ſeu calendas. ibid.

Dicitur *pridie Calendas* cum reſpectu ad *ante* ſubintellectum, ut integrum ſit *pridie ante calendas.*

Quantitatis.

Satis eloquentiæ. ibid.

Sic Livius lib. 10. ab V. C. *Habetis aſſatim lignorum*, …t. Rud. Act. 4. ſc. 4. *Credo ædepol illic ineſſe auri & …enti largiter.* Virg. Æneid. 7. *Terrorum & fraudis …nde eſt.*

Huc etiam videntur ſpectare illæ phraſes, *Quoad ejus fieri …erit.* Autor ad Heren. lib. 1. c. 2. *Quoad ejus facere poteris.* …ero ad Attic. lib. 11, *Quoad ejus poteſt.* Liv. 9. bell. …ced.

Ergò etiam pro *cauſſâ* Genitivum præit, ut Cicer. 5. …ſc. *Eum donari virtutis ergò.* Virg. Æneid. 9. *Illius ergò …anus.*

Dativus

Dativus.

Quædam Dat. nom. unde deducta sunt.
——*Obviam illi.* ibid.

Sic Plaut. Menæch. *Quis hic est qui adversum mihi f*
(i. e.) *obviam.*

Item *verborum*, & *participiorum*, unde orta. Ut, vic
convenienter naturæ. Hor. 10. epist. lib. 1.

Accusativus.

Sunt quæ Accus. præpos. unde sunt profecta, &c.
——*propius urbem* ——*proximè Hispaniam.* ibid.

Eundem etiam casum nonnunquam postulant ejusd
prosapiæ Adjectiva *propior* & *proximus.* Vide quæ sup. à d
ad Reg. *Adjectiva quibus commodum*, &c.

Ablativus.

Adverbia diversitatis —cum Ablativo, &c.

Simul etiam & *procul* leguntur cum Abl. ut, Livius lib.
Pullo amictu simul filio Perseus. Idem lib. 44. *Tumulo hu*
procul hostium castris capto. Sed in hoc loco fortasse sub
telligitur *à*, in illo *cum.*

Adverbia comparativi gradus, &c.

Magis & *potiùs* Adverbia comparativa al quando ab
dant, ut in hoc Plauti prol. Menæchm. *Nam, nisi qu*
gentum dederit, nugas egerit, Qui dederit, magis ma
nugas egerit. & Cicer. Divin. in Verrem, *Tamen eos de*
des, qui se ab omnibus desertos potiùs, quàm abs te dese
esse malunt. Al quando desunt, ut, Plaut. Menæch. Ac
sc. 1. *Quin vidua vivam, quàm tuos mores perferam T*
prol. Eunuch. *Si quisquam est, qui placere se studeat bo*
quampluvimis. (i. c.) *potiùs* vel *magis.* Livius quoqu
Curtius sic locuti, ac Tacitus passim, quos alii sequioris
secuti sunt.

Plus N. G. A. & Vocat. &c.

Malè hîc attribuitur *plus* quadruplex imperium.
Nam in primo exemplo ſubintelligitur *quàm*, ut poſt
non raro; poſt *minùs* etiam nonnunquam; ut, Varr.
R. R. lib. 1. *Neq; enim ſi minùs* 220 *jugera olivetì colas.*
In ſecundo [*hominum*] reſpicit [*millia.*]
In tertio [*quinquaginta*] numera'e, ſcilicet ſumptum
ativè.
In quarto [*quingentos paſſus*] denotant *ſpatium*, & re-
ctur [*quàm*] ut ſupra.
Reliquus eſt Ablativus, quem regere agnoſcimus, ut
ſequa Comparativa ubi exponuntur per *quàm.*

Quibus verborum modis quæ congruant Adverbia.

Ubi, poſtquam. ibid.

Pro [*poſtquam*] verò aliquando ponitur [*quàm*] ſine
oſt;] ſed numerali præcedente; ut, Columel. lib. 8.
p. 8. *Quinto die, quàm ſuſtuleris, condire oportebit.*
Vide lib. 1. Bell. Maced. *Alterâ die, quàm à Brunduſio*
ſit.

Ne prohibendi, &c. [pag. 102.]

Aliquandò ante *ne* ponitur *ut*, Ter. Andr. Act. 2. Sc. 1.
— *Te amorem obſecro Principio, ut ne ducas*—
Scilicet, & *videlicet*, quia valent *ſcire licet, videre licet*,
rectum Infinitivum aſciſcunt, nempe vi verbi *ſcio* vel
eo; ut Plaut. Stich. Act. 4. Sc. 1. *Videlicet illum fuiſſe*
ritum ſenem. Ter. Heaut. Act 2. Sc. 3. *Scilicet facturum*
me—

Adverbia accedente caſu tranſeunt in præpoſ. ibid.

Intus cum Ablativo eſt apud Virg. Æneid. 7. *Tali intus*
edo divûm, patriâq; Latinus, Sede ſedens. Et *clancu-*

lum cum Accusativo, Ter. Adelph. Act. 1. Sc. 1. *Alii clan-culum patres quæ faciunt.*

Enallagen etiam nonnunquam patiuntur, ut *longè* pro *procul*. Virg. Æneid. 10. *Missilibus longè & vasto clamore lacessunt.*

De Conjunctionum constructione. [pag. 103.]

Cum hu quatuor quàm, nisi, præterquam, an.

Nec non & Adverbiis *similitudinis*; *ceu, tanquam, velut, quasi, uti*; Item *cùm* & *tùm* relata, & *tum* geminatum.

Excepto si casualis dictionis, &c.

—— *Centussi & pluris.* ibid.

Multi etiam opinantur diversos esse casus posse, si Substantivo uni ddatur alterum Substantivum rei diversæ, quod aliquid significet inesse vel adesse; ut, *Vir magni ingenii summâq; industriæ.*

Aliquoties similes modos, sed diversa tempora. ibid.

Aliquando tempora similia, sed diversos modos; ut Ter. Hec. Act. 4. Sc. 2. *Et me hac suspicione exsolvam, & id morem gessero.*

Quamvis & licèt Subj. frequentius. ibid.

Rectè dicitur *frequentius*, non *semper*; nam *Quamvis* Indicativo adjunxit Hor. lib. 1. Ep. 14. vers. 6. & Epist. 17. versu primo; Idem etiam ausus est Ovid. lib. 3. Fast. —— *Quæ quamvis parva fuerunt.* Et lib. 1. de Ponto Eleg. 8. *Quamvis est*, &c. Columella quoque lib. 2. c. 9. *Quamvis minus convenit*, &c. Cum eodem modo *licèt* etiam reperitur apud Jurisconsultos, quemadmodum nos docuit Vossius.

Pro *licèt* aliquando reperias *licebit*. Vide Hor. Serm. Sat. 2. v. 60.

Qui cùm vim causalem, &c. [pag. 104.]

—— *qui huic credas.*

(Id est) *ut huic credas*; verùm hîc *qui* est pronomen potùs, quàm Conjunctio.

Cùm pro quandoquidem vel *quoniam*, &c. *subjunctivis semper*, &c. ibid.

At Ter. hoc significatu copulare non metuit cum Indicativo: Nam sic ille Phorm. Act. 5. Sc. 7. *Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme, cùm è medio excessit, unde hæc suscepta est tibi*; similiter Plaut. Rudent. Act. 4. Sc. 4. —*cùm istæc res malè evenit*, &c. Et Cicero etiam ad Servium lib. 13. Epist. 24. *Tibi maximas gratias ago, cùm earum meæ literæ potuerunt, ut his lectis*, &c.

Ne, an, num—&c. ibid.

Cùm accipiuntur dubitativè Subj. postulant.

Interdum jungitur Infinitivo, quemadmodum ὥστε apud Græcos; ut, Hor. lib. 1. Od. 11. *Neu Babylonios Tentàris numeros, ut melius, quicquid erit, pati*, (i. e.) ὥστε φέρειν, *ut melius patiaris, quicquid erit.* Scipio quoque Gentilis lib. 1. Παρέργ. cap. 6. similem observavit locum Ulpiani in Lege 62. ad Leg. Falcidiam, *In lege Falcidiâ hoc esse servandum, Julianus ait, ut, si duo rei promittendi fuerint, vel duo rei stipulandi, siquidem socii sint, in eâ re dividi inter eos debere obligationem.* Ut dividi debere *obligationem*, hoc est, ut *dividi* debeat *obligatio.*

Metuo ut subsistet hospes, (i.e.) *ne non subsistet.* Ter. And. Act. 5. Sc. 4. ibid.

Nam ita veteres, quando velint fieri, *Vereor ut fiat*; quando nolint, *Vereor ne fiat.*

Aliter autem post verba prohibendi; sive enim dicunt *cave fiat*, sive *cave ne fiat*, utrolibet loquendi modo æquè prohibent.

Ut pro ——— *vel ſicut*

Indicativis. [pag. 105.]

Pro quo Virgil. *quàm* Æneid. 5. ——— *quàm multâ grandine nimbi Culminibus crepitant; ſic denſis ictibus heros* &c. pro *ut multâ*, &c.

Conjunctionum aliæ ſententiam aut clauſulam inchoant; viz. *nam, et, aſt, ac, atq; aut, vel, nec, neq; ſi, quia, quatenus, ſiq, ſeu, ſive, ni, niſi, ſed, verùm.*

Aliæ dictioni unì, aut alteri ſubjiciuntur; ut, *enim, quidem, quoq, autem, verò.*

Reliquæ indifferenter præponi aut poſtponi poſſunt.

Sæpe per ἕλλειψιν latent copulativæ; ut *Terrâ marique Diſtenſis*, apud Ciceronem; *Equis virisq. Liv. Emptum venditum.* Juriſconſ. Similáque, *Æqui boni, ulti citro. Hac illac.* Ubique ſubauditur *et, ac, atq; vel, que.*

Sic *etiam* & *quoq.* ponitur ut aliquando poſt *ſed*, ut Cic. ad Lentul. *Non interfuit ſolùm, ſed præſuit.*

Item Diſjunctivæ; ut, *Velis nolis*; *ſex ſeptem menſibus*, pro *vel ſeptem.* Catul. Ep. 4. *Læva ſive dextera, pro ſive læva.*

Conceſſivæ ut Cicer. pro Milone, *Qui nondum liberâ civitate, tamen P. R. Comitiis liberatus eſt*, pro *quamvis nondum*, &c.

Adverſativæ, ut, *ſed, tamen*, &c.

Cauſales; ut, *nam, enim, quia.*

Ratiocinativæ; ut, *ergò, igitur*, exempla paſſim reperiaſ.

Conditionales; ut, Catul. Epig. 10. *Utor tam bene quàm mihi paraſſem.* ſupp. *ſi.*

Electivæ; ut, Liv. lib. 5. bel. Macedonic. *Homo, non quàm iſti ſunt, glorioſus*, ubi ſubauditur *tam.*

Aliquando ante *quàm* ἔλλειψις *poſt.* Ut, Flor. lib. 2. c. *Intra ſexageſimum diem, quàm ſylva cæſa fuerat*, 150 *navium claſſis in ancoris ſtetit.* Nonnunquam *haud aliter.* Virg. Æn. 10. ——— *Quàm magnus Orion*, (i. e.) *haud aliter quàm* vel *ut.*

In hac etiam civitate regnat Enallage ; *nisi* pro *sed* ; ut, Ter. Andr. Act. 4. Sc. 1. l. 40. *Nescio : nisi mihi deos satis scio esse iratos, qui ei auscultaverim.* Ita placet Beræ in Annotation. Gal. 2. Ubi ἐαν μὴ vult idem esse, quod ἀλλὰ. Ostentat etiam alios locos, viz. Ter. Eunuch. Act. 3. Sc. 4. l. 10. Et Hecyr. Act. 2. Sc. 3. lin. ult.

Aliquando pro & ponitur *nec*, aut *neq;* ; ut, Ter. Heaut. Act. 1. Sc. 1. *Agrum in his Regionibus meliorem, neq; pretii majoris, nemo habet.* Nonnunquam pro *aut* ; ut Cicer. lib. 1. Acad. Quæst. *Nullam deniq; esse artem, nec dicendi, nec differendi, putant.* Vide quæ suprà diximus ad *Adverbia negandi.*

Præpositionum Constructio.

Præpos. subaudita facit ut addatur Ablativus.

---*loco*, (i. e.) *in loco.* ibid.

Interdum subintelligitur *ab*, vel *a* ; ut, *tecto prohibere & cibo* Cicer. Ver. 5. (i. e.) *à tecto, à cibo.* Vulgò enim *prohibeo* exigit Accusativum cum præpositione ; ut, Cicer. Ver. 6. *insulâ prædones procul prohibere.* Vide quæ addidimus *Quædam accipiendi*, &c.

Nonnunquam omittitur *de* ; ut, *Quid me fiet?* (i. e.) *de me.*

E, vel *ex* ; ut, *It portis.* Cicer. 4. Ver. (i. e.) *ex portis* ; *ære cavo clypeum.* Virg. Æneid. 3. suppl. *ex.* Item *cum* (quod e conticescit nisi in Societate & Comitatu) ut, *simul his*, (i. e.) *cum his.*

Præpositio subaudita interdum etiam facit, ut addatur Dativus ; Ut, Virg. Æneid. 3. *Speluncam Dido dux & Troianus eandem Deveniunt* ; (i. e.) *ad speluncam.* Et Ter. Eunuch. Act. 5. Sc. 7. *Nunc id prodeo.* Ubi Donatus exponit *propter id.* Virg. Æneid 6. *Maria aspera juro* (i. e.) *per maria.* Ter. Adelph. Act. 4. Sc. 5. *Hæc dum dubitas*, pro *in hæc, ad hæc*, vel *quod ad hæc attinet.*

Hoc id temporis, illud ætatis, hodie aut summum cras.

Cicer. 1. lib. 3. ad Attic. (i. e.) *ad summum.*

In his etiam, *ire suppetias, exequias, inficias*, subaudi *ad.*

Tertio calendas, (i. e.) *ante calendas*; *tres dies* est cu *venit*, (i. e.) *ante tres dies.* Vide infrà quæ dicta ad *Ant tiptôsin.*

Cicer. ad Attic. lib. 16. Ep. 3. *Postridie ludos Apollinar* subaudi *post.* Sic in illo pro Roscio, *Repromittis tu abu biennium Roscio*; pro *post biennium.*

Præpos. in compos. eundem nonnunquam casum, &c.

Sic *Quoad abiret potestate*, Suet. Jul. Cæs. c. 20. Ite *ambit honores, amicitias.* Nam *ambi* Græc. ἀμφὶ ci dem regiminis ac *circum.*

Item Lucilius; *Nunc ad te redeo, ut quæ res me impe det, agatur.* Usitatiùs autem *impendeo* cum Dat. quemà modum vulgariùs est *adversari alicui, quàm aliquem; inli alicui*, quàm *aliquid*, licèt utrumq; dicatur.

Impugno verò & *oppugno* cum alio casu, quàm præpositi nis suæ vix invenias.

Excedere & *exire*, ratione compositionis exigunt Abla vum, cum Accusativo autem nonnunquam construunt Virg. Æneid. 1. *Tum celerare fugam patriamque exced suadet.* Ita enim Vett. aliquot libb. non *patriâ.* Lucr lib. 1. *Patrios excedere muros.* Ter. Hec. Act. 3. Sc. 3. *Ci limen exirem.* Maro Æneid. 5. *Corpore tela modò atq; ocu vigilantibus exit.* Ubi Servius, *Flexibilitate corporis vi evitat, eludit.*

Sic etiam Plin. lib. 3. Epist. 16. *Exsiluit cathedram.*

Quidam, ut sanent hujusmodi constructiones, volun esse pro *extra*, ut in his *præ* pro *præter. Cursûq; pro prævertere ventos*, Virg. Æneid. 1. *Archelaïdem, quem p fluit Halys*, (i. e.) *præterfluit.* Plin. lib. 6. cap. 3. S neque minùs fortasse à scopo aberrabis, si dixeris quæ verba ex *ipsâ compositione* novam acquirere naturam, cùm *simplicia* neutra essent, *composita* fieri transitiva, *Edormio*, si partes spectas e & *dormio*, regeret aut Abl.

Nom. Verùm compositè dicimus *Edormire crapulam*, quia iem est ac *somno decoquere* sive *expellere*. Sic *excedere pa-iam*; (i. e.) *linquere*; *prævertere ventos*, (i. e.) *vin-ere*, &c.

Verba composita cum a, ab, &c. *repetunt easdem præpos.* &c.

Sic Cicer. 2. Phil. *In multas pecunias alienissimorum ho-ium invasit.* Licèt nonnullibi usus sit *invasit* cum solo ccusativo, nonnunquam etiam cum Dativo, ut in Epist. Tironem lib. 16. Epist. 12. *Mirus invaserat furor, non ùm improbis, sed etiam bis, qui boni habentur.* Eodem orsus modo etiam constituitur *incesso, insulto, insilio, illudo, silo, occurso, attendo*; nisi quòd *insto* usitatiùs cum Dat. gitur.

Repetitur etiam aliquando Præpositio *Sub*; ut, Cicer. b. 1. Orat. *Subire & succedere sub acumen Styli*; aliquando ro *sub* occurrit *ad*; ut, *Subire ad hostes, ad mœnia, ad por-am. Succedere ad muros, ad montes.* Liv. Post *succedo* ali-uando sequitur *in*; ut *succedere in pugnam, in locum alte-ius*, &c. De constructione verò horum verborum vide plu-a ad Dativum postulant, &c.

Colloquor plerumque repetit præpositionem; ut, *Tecum olloquor.* Verùm Plaut. Capt. Act. 4. Cum Accusat. profert; *erlubet hunc hominem colloqui.*

In pro erga, contra, & ad Accus. &c. ibid.

Item pro *per, super, apud, usq;, ad*; ut, *Crescit in dies ngulos.* Cicer. 1. Catil. (i. e.) *per. Regum timendorum proprios greges*, Hor. (i. e.) *super. Non probantur in ulgus.* (i. e.) *apud. In Nonas Febr. Consilium cædis trans-lerunt.* (i. e.) *usq; ad Nonas.* Angl. **Until the Nones**.

In cum significatur actus in loco. [pag. 106.]

Verùm hanc differentiam sæpe negligunt Vett. Cato de .R. c. 53. *In arborem velinquito.* Plaut. Casin. Act. 2. c. 3. *Ubi in Castra jactusti?* Ter. Eunuch. Act. 2. Sc. 2. *Idet me esse in tantum honorem*, (ut nonnulla exemplaria

habent.) Cicer. in Manil. *In prædonum fuisse potestatem* [s]*atis.* Cæs. lib. 1. de bel. Civil. *Quo facilius Hadriatic*[um] *mare in potestatem haberet.* Hor. de Art. Poetic. *Ut sylva*[e] *his pronos mutantur in annos.* (i. e.) *in annis*, vel *per a*[n]*nos.*

Et contra Ciceronis est, *Veni in Senatu.* Et Plauti (fides habenda aliquot veteribus libris) Amph. Act. 4. Sc. [1] *Introrumpam in ædibus.* Et Aulul. Act. 3. Sc. 6. *Qui m*[e] *intromisisti in ædibus quingentos coquos.* Sic etiam dicit[ur] ἐς διαφόρως *incidere in æs*, ἐν *in ære.* Licèt Vallæ alia visum, qui de posteriore dubitat. Videatur Cicer. 6. in Ver[rem.] Plin. Histor. Nat. lib. 34. c. 9. Plin. alterius Panegy[r.] ad Trajanum.

In autem pro *inter* Græcè ἐν solum Ablativum præce[dit;] ut, *In amicis habere.* Sall. Jugurth. Ciceronis tam[en] est de Nat. Deor. *Homines mortè deletos reponere in Deos.*

Sub pro *ad*, *per*, & *ante*, &c. ibid.

Melius aliquando exponas per *paulo ante*, & *paulo pos*[t] ut Liv. *Legati ferè sub id tempus*, &c. (i. e.) *ad*, vel *pau*[lo] *ante id tempus.* Cicer. Epist. 16. lib. 10. *Sub eas statim* [re]*citatæ sunt tuæ.* (i. e.) *paulo post.* Sall. Jugurth. *Se incolu*[-] *mes omnes sub jugum missurum*, (i. e.) *ad jugum.*

Quandoque autem, etiam hoc significatu, in Abl. ut *Sub ipsâ die.* Plin. 32. lib. 8. *Sub exitu vitæ.* Suet. in Ne[-]rone.

Aliàs Ablativum, &c. ibid.

Scilicet quando Angl. est **in**, vel **under.** *Clam* etiam a[b] triq; casui inservit. Vide quæ suprà ad *Præpositionem.*

Tenus gaudet Abl. &c. ibid.

At Genitivo tantùm plur.

Imò duali fortasse tantùm Genitivo, etsi enim rectè di[-]catur *pectoribus tenus*, *inguinibus tenus*, haud tamen ide[o] ausim dicere *cruribus tenus*, *humeris tenus*, sed *crurum* & *humerorum.* Atqui

Atque hæc unica est præpositio, quæ in Romanâ linguâ copulatur cum Genitivo, licèt haud nesciamus esse, qui usi sunt quoque cum Genitivo *ex* & *super*, sed hi parum Latini sermonis puritatis studiosi, neque ideo à studiosis imitandi.

Semper autem postponitur casuali dictioni, ut & *versus*, admittat esse præpositionem.

Et nonnullæ etiam aliæ ut dicunt per anastrophen; scil. *penes, cum, contra, circum, super, de, sine, juxta, ultra, intra, super, adversum, coram*; ut, *maria omnia circum*, &c. *Adversum* alibi construit Plaut. cum Accusativo casu cum Dativo: ut, Bacchid. Act. 4. Sc. 4. *Imò si adsies, quæ dicta dixit me adversum tibi.* (i. e.) *coram*, *aliquid me de te.* Et Menæch. Act. 5. Sc. 8. *Postquam adversum mihi imperavi: ut huc venires*, (i. e.) *ad me* vel *mihi coram.*

Verùm *adversum* in posteriore exemplo fortasse adverbium potiùs habendum.

Præpositiones - - - - migrant in Adverbia. ibid.

Et alicubi fortasse *in conjunctiones*: nam in illo Terent. Hec. Act. 4. Sc. 2. *Quàm fortunatus cæteris sum rebus, absq; hâc fuvet, absq;* videtur poni pro *nisi*. Linacer verò exponit per χωρὶς, *seorsum* vel *secus*, Donatus per *extra*.

Nonnunquam enallage est præpositionum. *De*, pro, *a*, *ab*, *post*; ut, *Non bonus est somnus homini de prandio*, Plaut. Asinar. Act. 3. Sc. 2. *Propter*, pro *juxta*, vel, *prope*; ut, Plaut. Mil. Glor. Act. 1. Sc. 1. *Ubi est Artotrogus? Hic est propter fortem virum.* Et Virg. Eglog. 8. *Propter aquæ rivum*, &c.

Interjectionum. [Pag. 107.]

Constructio.

O Exclamantis Nominativo, &c.

Sic *O vos Patricius sanguis*, Pers. Sat. 1. *Vos ô Pompilius sanguis.*

ſanguis. Horat. Epiſt. ad Piſones. Etſi hic *ô* potiùs vo
tis, quàm *exclamantis* eſt; nam diſtinguit Farnabius in
ô vocantis & *ô exclamantis*, hoc conſtruens cum Accuſ. il
cum vocativo.

Hem exclamantis legitur cum Accuſ. ut Ter. Adel
Hem Davum tibi. Appellantis verò ſive Vocantis cum
cat. ut, *Hem Pamphile*, Ter. Andr.

Heu, & prô nunc Nominativo, &c.
Prô Deûm, atque hominum fidem. ibid.

Aliquando omiſſo [*fidem*] legitur ἔλλειπτικῶς,
Deûm immortalium.

De Figuris.

Figuræ dictionis.

Syncope eſt ablatio, &c.

ut, *dixti*, &c. ibid.

Sic *evâſti* pro *evaſiſti*, Hor. *Abſtit* pro *abſtitit*, Ovid. S
puerat pro *ſurripuerat*, Horat. *Exceſſis* pro *exceſſeru*, T
Vixet, pro *vixiſſet*, Virg. *Diditur* pro *dividitur*, id
Æneid. 10. Item *ceſſe* pro *ceſſiſſe*, *creſſe* pro *creui*
conſumſe pro *conſumſiſſe*, apud Lucret. *produxe* pro *prod*
iſſe, Ter. *Promiſſe* pro *promiſiſſe*, Catul. *deglupta* pro *de*
bita, Plaut. Pœn. *frus* pro *fruns*, & hoc pro *frons*, C
in tertio Bell. Civil. *ſed etiam frus ex arboribus defic*
id cum ignorarent Librarii, ex *frus* fecêre *fructus.*

Apocope eſt ablatio, &c.
ingeni pro *ingenii.*

Sed in hujuſmodi Genitivis ſecund. declin. à neutri
ium ſcribuntur utrumque *ii*, nec augetur numerus ſylla
rum, ſed per *συνίζησιν* in unum coaleſcunt; ut Ovid. P
lib. 3. eleg. 2. *Sacrificii genus eſt, ſic inſtituêre priores*,
enim eſt in optimæ notæ manuſcriptis.

Neque in his dictionibus semper metri gratia accidit Apocope, sed & in solutâ oratione habet locum, ut liquet ex veteribus antiquis. Sanè & in *mancipi* pro *mancipii* hoc id obtinet.

Præcipuè vero hæc figura accidit encliticis particulis *nam*, *videlicet*, &c. etiam ante consonam, ut, Virgil. Æneid. *Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia servas.*

Figuræ constructionis.

Appositio. [pag. 108.]

Veteres ἐπεξήγησιν nominant, *appositionis* appellationem sciunt.

Interdum in diversis casibus ponuntur subst. &c. ibid.

Sic Plaut. in prol. Amph. *Nomen Mercurii est mihi*, pro *mihi nomen Mercurius*, vel *Mercurio*, nam utroque casu dicitur:

Aliquando prius Substant. est vocat. posterius Nominat. Hor. Epist. ad Pisones, *Vos ô Pompilius sanguis.* Perf. 1. *vos ô Patricius sanguis.* Ubi supple *qui estis*, & omnia adsunt.

Interdum exigit ratio, ut in diversis casibus ponantur, Cicer. pro Archia, *Primum Antiochiæ, nam ibi natus est, in nobili & celebri quondam*; & Plin. *Albæ constituerunt urbe opportunâ.* Haud enim licuit dixisse *loci nobilis, aut loci opportunæ.* Ideo si vertendum esset Latinè, "Hæ libes London a famous City, cave de eas *degit Londini urbe inclytæ*, sed aut *Londini urbe inclytâ* vel *in urbe inclytâ* ut Ciceroniano. Aut antecedat præpositio proprio nomini, *In Londino urbe inclytâ*, nam ita Plinius lib. 2. c. 63. *Italique in Berenice urbe Troglodytarum*, & cap. 96. *in Neâ quidò Troadis.* Item cap. 97. *Eadem natura in Hispali urbe*,

In

In appositione Subst. non semper ejusdem Generis aut num. &c. ibid.

Verùm quæritur, cùm Substantiva sint diversi generis numeri, si sequatur Adjectivum aut Relativum, utri potè convenire debet.

Respondemus, primò, cùm alterum substantivorum sit nomen proprium hominis, Adjectivum vel Relativum respicit proprium. Cicer. pro Cornel. Balbo. *Cùm duo fulmina nostri imperii, subitò in Hispania, Cn. & P. Scipiones exstincti cecidissent.*

Vel secundò cùm Appellativum sit, quo animus significetur, respicitur id appellativum, ut Catullus.

Passer deliciæ meæ puellæ,
Quicum ludere, quem sinu tenere,
Quoi primum digitum dare appetenti,
Et acres solet incitare morsus.

Quod si Substantivum sit proprium urbis, cum Appellativo potiùs, quàm Proprio, Adjectivum aut Relativum consentiet. Ut Plin. lib. 1. c. 3. *Volsinii oppidum, Tusciæ rum opulentissimum, totum concrematum est fulmine.*

Idem etiam accidit in Ludorum nominibus, ut dominetur etiam Apellativum. ut. Liv. lib. 10. *Ludi Tauritii per biduum facti religionis causa.*

Par ratio est verborum quoties diversi numeri Nominativi per appositionem conjuncti sunt; ut, Tull. lib. 2 ad Attic. *Tullola deliciæ nostræ, tuum munusculum flagitat.*

Syllepsis. [Pag. 109.]

Copulatum per & est pluralis numeri; ac proinde

Verb. aut Adj. aut Rel. exigit plurale.

Interdùm autem contenti sunt verbo singulari, ut. Cic. de Sen. *Mens, & ratio, & consilium, in senibus est.*

Concepi

Conceptio perſonarum. [pag. 110.]

Remus cum fratre Quirino jura dabant.

Male hìc producitur hoc exemplum; *Remus* enim & *Quirinus* ſunt ejuſdem perſonæ.

Conceptio Generum. ibid.

——— *Rex & Regina beati.*

Item per *cum*, ut, Ovid. lib. 4. Faſtorum. *Filia cum Lauſo Numitore ſati.* Et Juſtin. extremo lib. *Filium Alexandri a matre in arcem Amphibolitanam cuſtodiendos mittit*; quæ ſecundum, ſi mavis, referas ad *Prolepſin implicitam.*

At cùm Subſtantives inanimatas ſignificant

Adj. aut Relat. nonnunquàm in neut. gen. &c. ibid.

Imò aliquando ponitur Adjectivum vel Relativum in altero genere, quando ſubſtantivorum alterum, vel utrumque; omnia ſunt animata. Ut Cicer. de Senect. *C. Duilius, cùm à cænâ, delectabatur crebro funali & tibicine; quæ ſibi uſque exemplo privatus ſumſerat.* Ovid. ſimiliter. *Claſſe valida, potens, per quæ nova bella geruntur.* Stat. 7. Theb. *Ira, fidem, ac ſuperos, undâ calcata ruinâ.* Solinus c. 23. *Mel & polypus & chamæleon glabra ſunt.* Tacit. 5. Annal. *Parentes, liberos, fratres, vilia habuere.* Cæſar in Bel. Gal. lib. 5. de Incolis Britanniæ, *Leporem & gallinam & anſerem guſtare fas non putant, hæc tamen alunt animi voluptatisque cauſâ.*

Servatur autem alibi ſimplex convenientia. *Grammatici, quondam ac Muſicæ, junctæ fuerunt.* Quintil. lib. 1. cap. 10.

Prolepſis Implicita.

Curremus æquam utrique partem [pag. 112.

Sic Ovid. Metamorph. Fab. 1. *Fors eadem Iſmarios Hebrum*

Hebrum cum Strymone ſiccat. Ubi totum *amnes duos* ſubi
telligitur. Sic *Remus cum fratre Quirino Jura dabant*, Vi
Æneid. quod malè ſuprà refertur ad Syllepſin. Ovid.
tam 1. *Littora cum plauſu clamor ſuperáſque Deorum In
vêre domos*, (i. e.) *duo illa, clamor cum plauſu.*

Sed hæc loquendi formula uſitatior eſt poetis. Nec
men ab eâ abhorrent Oratores. Cicer. lib. 1. Tuſc. Qu
*Dicæarcham verò cum Ariſtoxeno æquali, & condiſcipulo
doctos ſanè homines omittamus.* Licèt hæc Prolepſis ex
cita ſit.

Sed non ita illud Salluſtii, *Alius alium cunctantes
pectatis.* Deeſt enim totum *vos*, & altera pars cum deter
tione *alius alium.* Sic Cicer. 3. de Fin. *Ut alter alterum,
optimâ, viderimus.* Tacit. Annal. 14. *Quos proximus q
que invaſerant.*

Zeugma.

Zeugma eſt unius verbi vel Adjectivi, &c. ibid.

Imò & Subſtantivum nonnunquam duobus Adjec
reſpondet. Ovid. Triſt. lib. 4. eleg. 3. *major mihi
feræ*, ubi ſi Prolepſin mavis, non multùm reclamo.

Attamen quando eſt comparatio, &c. *Verb. vel Adj.
convenit cum remotiore.* ibid.

Nonnunquam etiam ubi nulla eſt comparatio, na
Liv. lib. 1. *Ob eam rem ego, popu'u'q; Romanus*, p
priſcorum Latinorum, hominibú'q; priſcis Latinis, bellu
dico facióq;. Ita Lucan. lib. 1. *Hinc leges & plebiſcita ca
Verùm hoc vocatur Zeugma præpoſterum.*

Licèt Poetæ interdum aliter, &c. ibid.

Etiam & Oratores, nam ipſius Ciceronis eſt Phil. 4
igitur illum Conſulem, niſi latrones putant?

Syn

Synthesis. [pag. 113.]

notum veteribus Grammaticis nomen *Synthesis*: rectitudine vocaretur σύνεσις *intelligentia*, ad id enim, quod intelligitur, respicit hæc structura.

Aperite aliquis ostium.

Cum aliquis è vobis viz. *hic, ille, tu,* vim habet pluralitatis, etiam *quisque*, ut, Virgil. Æneid. 8. *Duo quisq; Numina coruscant Gesa manu*; Ubi *coruscant* activè sumitur, idem est, quod *cum fulgore vibrant.*

Quem uter; ut, Plaut. Menæch. *Uter meruistis culpam, &* Ovid. *Neuter ad me ivetis cum querimonia.*

Ovid. de Remedio Amoris, lib. 2. *Utráq; formosa Paridi posse videri.*

Sed nec Poetæ soli. Liv. lib. 2. *Missi præsertim honoratissimi quisq; ex patribus.* Tacitus, *Tum intimus quisq; Liberum vinctis, abreptiq;.*

Sed hi modi loquendi fortasse melùs reducuntur ad Ellipsin.

Aptiùs huc affertur illud Agellii lib. 1. c. 23. *Ad Senatum postera die Matrûm familias caterva lachrymantes atq; precantes orant.*

Catulli est *insperanti nobis*, carm. 108. (ut citavit Vossius, in meo exemplari non invenio) & Tibulli, *Nobis meis*, lib. 3. Eleg. ult. Ubi nulla vocum congruitas, sed sensus, si per *nobis* intelligas *me.*

Ad hanc etiam figuram reduci potest illud Terentii, Heaut. Act. 1. sc. 2. —— *Eunuchum porro dixti velle te, Quæ solæ utuntur his reginæ* —— subaudi *Eunuchis.* Et ejusd. prolog. Eun. *Si quisquam est* &c. *in his poeta*, ubi reticetur *hominum*, quod reticetur post *quisquam*, & Maro. Egl. 4. *Quin tu aliquid saltem potiùs, quorum indiget usus, Vimina mollique paras detexere junco*; post [*aliquid*] supplevi, & congruunt omnia. Ejusdem etiam Egl. 4. —— *Non risêre parentes, Nec Deus, hunc mensâ, Dea nec dignata cubili est*, subintellige [*ex illis*] Quibus

Quibus autem displicet, quod [*qui*] hic legimus, no
[*cui*] ut in vulgatis exemplaribus est, videant quid pro h
lectione ex Quintiliano addixit Angelus Politianus, M
scèl. c. 89.

Vix sanare possumus illud Sallustii in Catal. *Servitia r
pudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant*; no
enim placet cum Prisciano [*cujus*] interpretari [*cujus re
conjicimus potiùs, cum *Servitia* dixisset, mox *Servitu
habuisse in animo; & sic q; déq; tulisse u to numero pon
ret Relativum, cùm & *Servitia* & *Servitium*, licèt n
quoad vocem, ejusdem numeri sint, rem tamen omnino ea
dem, nempe *multitudinem servorum*, significarent.

Sic Varro lib. 1. de R. R. c. 12. *Sin cogare secunda
flumen ædificare, Curandum, ne adversum eum ponas*; di
[*eum*] non [*id*] licèt flumen præcesserit; sed forta
cùm respectu ad [*fluvius*] quod eo temporis puncto o
currebat animo. Lucretius etiam lib. 4.

Primum animalia sunt partim tantula, eorum

Tertia pars nullâ ut possit ratione videri.

*Ita Voss. sed in meo lib. est *Horum.* * *Harum intestinum quodvis quale esse putandum est?*

Cum præcessisset [*animalia*] subjicit [*Harum*] quia in
mo erat [*animantûm*] quod quandóque femininum, q
respicitur ad [*bestiarum*].

Atque hæc ita esse exinde colligimus, quod Synonym
quîcum convenit hoc tam discors relativum interdum
primitur. Catull. de Nuptiis Thetidis & Pelei, *Illi i
pestate fervox, quo tempore Theseus*, &c. Et Sallust. in
bell. Jugurth. *Si hominibus bonarum rerum tanta cura e
quanto studio aliena petunt.* Ubi potuerat dixisse, *qua
petunt aliena.*

Dura etiam Synthesis est illud Ter. Eunuch. Act. 3. Sc

——— *Qui habet salem quod in te est*: ita enim hab
pleriq; MSS. Vossius refert [*quod*] non ad [*salem*]
[*habere salem*,] an rectè, judicet lector. Nobis non

is absurdum videtur dicere [*talem quod*] quàm [*arcus & talem quis*] [*triste lupus stabulis*, &c.] Vide quæ diximus ad *adject. cum Substant.* nam de Relativo eadem ratio.

Neque tamen hoc adeò rarum videri debet in Relativo: nam dixit Plaut. *Aulul.* act. 4. sc. 10. *Ego te, Euclio, de hâc re resciviſſe cenſui, quod ad me attinet.* Et epid. act. 1. sc. 2. *Argenti dare quadraginta minas, quid daturſtæ detur.* Sed hic [*quod*] potest respicere [*argenti.*] Verùm ejusdem etiam est, *Potiùs quàm iſtam a me operam, quod poſtulas, &c.* item Ter. Adelph. act. 5. sc. 3. —— *Si id te mordet, ſumam filis quem faciunt* —— Item Varro lib. 2. de R. R. c. 2. *Deterrent ab ſaliendo fiſcellis è junco, aliâve quâ re, quod obſtant ad naturam.* Nec dura Syntaxis, si modò in mentem venit Relativum [*quod,*] cùm neutrum sit, respicere *negotium* subauditum & generali significatu acceptum πρὸς τὸ κῆμα.

Major difficultas videtur esse in eo tam vulgari dicendi modo, *propterea quod*; nam *quod* natura est Relativum, atque in nativo sermone convenire debuit cum *ea*. Optimos autores ita loqui nemo nescit: sed dicere unde usus irrepsit, huc desiderat Oedipum; verùm enim conjicias *ea* istic non esse pronomen plurale, sed otiosum augmentum præpositionis *propter*. Πλεονάζει, utique in illo Ter. Andr. act. 2. sc. 5. *Id propterea nunc hanc venientem ſequor.*

De hujusmodi phrasibus, *absente nobis*; *præsente nobis*; *absente legatis*; vide quæ diximus ad Præpositiones *clam coram.*

Antiptôsis.

Ejus non venit in mentem, pro *id.* [114.]

Vel, si vis, suppleas Nominativum *memoria*, & omnia recte habebunt.

Idne eſtis autores mihi, pro *ejus.* ibid.

Hic etiam nihil opus Antiptôsi, si subintelligas, *ut faciam*; cujus sensus est, *num mihi ſuadetis, ut id faciam?*

Interdum autem sit durior Antiptôsis. ibid.

Sic Plaut. epid. act. 4. sc. 2. *Si invento, exitiabilem eg illi faciam hunc ut fiat diem.* Item Persæ, Act. 5. sc. 1.— *Hic statui voto primùm, unde ego omnes hilaros, lubentes lætificantes faciam, ut fiant.* Ter. Adelp. act. 5. sc. 4 *Illum ut vivat optant.* Ubique Accusativus pro Nom nativo.

In istis *Venias hodierne*, *Macte esto*, est vocativus p Nominat. Insolentissima autem, Syntaxis est illa Plau Persæ, Act 1. sc. 3.—*Hic leno nondum sex menses Meg ribus Huc est cùm commigravit. Sex* valere *senos* in Ac ostendit alter locus in Prologo Aului—*Hanc domum t multos annos est, cum possideo.* Ubi Lambinus ait Plautu duas loquendi formas diversas confudisse, unam *jam mul annii sunt, cùm ego hanc domum possideo*, alteram, *jam mult annos ego hanc domum possideo.*

Vide su- a ad *Di- sum etiam paucis di- m.*

Sed fortasse melùs sanctur constructio, si præponas *a te* vel *ad* Accusativo *annos*, & referas *est* ad *tempus* suba ditum, at *tum* nulla Antiptosis, ut nec in illo, quod no nulli adducunt ex Cicerone pro Rabirio. *Adhiberent Tr buxos plebi, quos videretur.* Nam sic suppiendum est *q adhibendos esse sibi videretur.*

Synecdoche.

Per Synecdochen &c.--quæ possint regere Accus.--&c. ib

Cætera etiam in Accusativo adjunxerunt Adjectivis c bò Historici, interdum & Oratores; ut Cicero p Quinctio, *Sanè cætera patersfamilias, & prudens, & att tus.* Et Velleius Paterc. *Vir cætera sanctissimus*, quo c etiam *pleraque* usus est Agellius lib. 7. c. 2. *Hominis plu que haud indiligentis*; & alibi.

Vicem etiam in eodem casu post Adjectiva curam vel fectionem animi significantia non respuunt Historici; L iv. *Clamor undique ab solicitis vicem Imperatoris milit ublatus est.* Item, *Suam vicem magis anxios.* & Cur

7. *Mœstus non suam vicem.* Licèt in his exemplis ccusativus potiùs rationem habeat adjuncti, quàm loci.

Sed nec locum metuunt Historici efferri aliquando in ccus. Pompon. Mela. lib. 2. Cap. 1. *Sarmatæ totum brac-ati corpus, & nisi quâ vident, etiam ore vestiti.* Plin. lib. 7. 28. *Ipse vulneratus humerum & femur.* Tacit. l.b. 2. nnal. *Oblitum faciem cruore suo, ne nosceretur.* Suet. ul. c. 20. *Dextrum genu lapide ictus, & utrumque brachium* unâ pontis consauciatus. Agell. lib. 11. c. 9. *Demosthenem* ani multâ collum cervicésque circumvolutum ad populum rediisse.

Hic addes etiam ἔλλειψιν, quæ interdum ob vocum vel nius vel plurium defectum, sensum & constructionem eddit obscurum; ut, in illo Livii lib. 38. *Scipionem Li-ium rationis concerpsisse, indignantem, quòd, cùm bis millies* rarium intulisset, quadragies ratio abs se poscereturi; *bis* llies, pro *bis millies centena millia sestertium*; *quadragies* ies pro *ratio quadragies centenorum millium.*

PROSODIA.

Apostrophe.

(*Hac notâ ult. dictionis vocal. deesse ostenditur.* [pag. 115.]

Quæ tamen nota aliquando omittitur, ut in his vocibus, *auditust, auditumst, operast*; pro *auditus est, auditum est, opera est.* Ità enim veteres, quotics *us* sequebatur *est*, mittebant duas literas verbi *est* abjiciebant: Sed post *vocalem*, *um*, tantum primam præcidebant.

Dictio polysyllaba, si penultimam habet longam, acuit eandem vel circumflectit—ibid.

Atque hinc est, quod dicimus *Aristobûlus, Thrasibûlus,* & cætera à Συλλ· *Antonîcus, Demonîcus, Beronîce, Ve-nîca, Thessalonîca*, ut & cætera à νίκη primâ longâ.

Sin brevem habet penultimam, acuit antepenultimam.
Ut, *Reflória*, *Vicária*, quas voces ideo protulimus, obviàm eatur iſti ſtolido mori acuendi penult.

Sic differentiæ cauſâ antepenultima ſuſpenditur in his, déinde, *&c.*

Idem factum in *Suavérubens*, *Orbiſterræ*, *villaſtr. præfectiúsfabrum*, *juriſconſultus*; *exádverſum* etiam *affatim*, ut, Annianus apud Agellium jubet, & probat Di. medes: Item *Sacrávia*, ut, vet. Lapid. unicâ voce inſcribi unde *Sacravienſes*.

Conciſio transfert tonum, &c. ut Virgíli pro Virgílii. [pag. 117.]

Talis abſciſſio etiam eſt in vocativo *Virgíli*, *Ægídi*, S. *fici*, *Valéri*, *Mercúri*, &c. ut docet nos Priſcianus lib. 7. *Virgílie*, *Ægídie*, *Sulpície*, *Valérie*, *Mercúrie*, in quib. eundem locum ſervat accentus, quem ante abſciſſionem tenebat.

Idioma, hoc eſt, linguæ proprietas, tonum variat.

Fruſtrà ſunt ii, & Rhinocerotis naſo digni, qui hi probare volunt omnes Græcas dictiones, cùm factæ f. Latinæ, tonum ſuum variare; nam *Philóſophus*, *Phármacum*, *ántrum*, *evangélium*, *fáma*, & mille a. Romanâ civitate donata, eundem locum accentûs ſerva.

Et contrà συδέτερον, παροξύτονον ſunt à Latinis *ſudátor*, *prætortum*, ſine ullâ toni mutatione.

At verò hoc tantùm vult canon iſte, quòd, cùm Gr. ſpectant locum accentûs, Latini autem quantitatem p. nultimæ ſyllabæ, ſæpe, non ſemper, accidat, ut v. Græca facta Latina tonum variet. Ut Græc. Μενέλαος Lat. *Menelàus*, Ἀριστοφάνης *Ariſtóphanes*: Ἀνδρέας, *dreas*; Μαρία *Maria*; ἰδέα, *idea*. Ὀμφάλη *Omphale* n. mediam brevem eſſe oſtendit iſtud Sopheclis Iambic. Κοὐδὲ σφαλεὶς Ὀμφάλην τὴν βαρβάρου; nec obſtat il. Propert; ſi abſ. Synalœphâ integrè metiris *Omphálē tantúmfórmā prŏcĕſſit hŏnōrēm*. Syl.

Syllabæ communes in prosâ oratione corripiuntur [pag. 118.]

Quomodo vulgò proferunt *Clepsydra*, sed qui hujus corripuit penultimam, ad huc desideratur Poeta; cui tribuo à Græco ὕδωρ est, cujus priorem syllabam, etsi non rarò corripiant vates antiqui, Homerus tamen Il. β. aperte producit, Καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ ἴθεν ῥέεν ἄγλαον ὕδωρ.

In *candelabrum* etiam volunt nonnulli accentum habere in penultimam; sed cùm nemo, quod scimus, corripiat penultimam, neque id vocis origo videatur pati, compositum nempe à *candela*, & *labrum*, (quod, cùm vas significet, à *Lavando* dicitur quasi *Lavabrum*, ut à *ventilando* *ventilabrum*) concedere non possumus, ut acuatur antepenultima.

Similiter dicendum *allátro* potiùs quàm *állatro*, quia media syllabam, quantum observavimus, constanter produxerunt veteres Poetæ; Neq; sequendus qui quam sequioris ævi Autorum, qui contra usum Majorum corripuisse dicti sunt.

In *remigro* autem acue primam; nam mediam corripit, ut, Hec. a & 4. sc. 2. lin. 13. Quod miror Vossium virum tantâ industriâ præteriisse; nam is disertè asserit, *migro* nemo priorem, quod scimus, corripit. Sed bonus Homerus non semper vigilat, neque Bernardus, etsi sanctus, videt omnia.

De carminum ratione.

De Pedibus.

Spondeus.

Recte scribitur meta vocali; nam est Græcè σπονδεῖος, dictus quòd ἐν ταῖς σπονδαῖς, (i. e.) libationibus adhiberi solet.

Trochæus.

Qui nominatur etiam **choréus*, Græc. χορεῖος sive χόρειος, nempe quia *choris* usurpatus, unde & χορεῖος nomen accepit, à motu saltantium in modum τοῦ τροχέλου. Verùm & his nominibus aliquando denotatur *tribrachys* sive *brachysyllabus*, qui constat ex tribus brevibus, ut docemur à Scholiastis in Hephæst. & Aristoph.

* Vide Quinct. lib. 9. cap. 4.

Antibacchius.

Qui dicitur etiam *palimbacchius*. Græc. παλιμβακχεῖος scilicet ὅτι ἀνάπαλιν τῷ βακχείῳ διάκειται. Bacchius autem hinc nomen habuit, quod hymni διθυραμβοποιῶν plerumùm ex hoc pede constabant.

Amphimacer.

Qui & *Creticus* vocatur, aut quòd invenerunt Cretes aut quòd crebrò usi sunt.

Ut verò studiosi, quod ad rem poeticam attinet, nihil non ignorent, pedes & tetrasyllabos & pentasyllabos atque etiam Hexasyllabos, scilicet ut à Rod. Gualth. Tigurino accepimus, hoc loco exhibebimus.

Tetrasyllabi.

Proceleusmaticus — ⏑⏑⏑	Ditrochæus — ⏑ —
Pæon primus — — ⏑⏑⏑	Dispondeus — —
Pæon secundus — ⏑ — ⏑⏑	Epitritus primus — ⏑ —
Pæon tertius — ⏑⏑ — ⏑	Epitritus secundus — ⏑ —
Pæon quartus — ⏑⏑⏑ —	Epitritus tertius — — ⏑
Ionicus major — — ⏑⏑	Epitritus quartus — — ⏑
Ionicus minor — ⏑⏑ —	
Choriambus — — ⏑⏑ —	Pentasyllabi.
Antispastus — ⏑ — ⏑	
Diiambus — ⏑ — ⏑ —	Orthius — ⏑ — ⏑ —

Parapæ

Trapezon ——— – ∪∪∪∪
Trochambus ——— ∪–∪∪
Mesomacer ——— ∪∪–∪
Hegemoscolius ——— ∪∪∪–
Pythichidianap. ——— ∪∪∪∪–
Amplectus ——— – – ∪∪∪
Ambodãctylus ——— ∪– –∪
Monoscus ——— ∪∪– ∪
Disus ——— ∪∪∪– –
Chorodactylus ——— –∪–∪
Periodicus ——— ∪–∪–∪
Hexameoretius ——— ∪∪–∪–
Cyprius ——— ∪–∪∪–
Doriscus ——— –∪∪–∪
Trochus ——— – –∪∪∪
Ophycs ——— –∪– – –
Choriambacchius ——— –∪∪– –
Amœbœus ——— – –∪∪–
Spondeodactylus ——— – – –∪∪
Perisimbode ——— ∪–∪– –
Antiperiodicus ——— –∪–∪–
Spondeoscolius ——— – –∪–∪
Panicyprius ——— –∪–∪∪
Antistrophus ——— ∪– – –∪
Dochmius ——— ∪– –∪–
Trochobrachys ——— ∪– – – –

Hyperbrachys ——— –∪– – –
Mesobrachys ——— – –∪– –
Spondeocreticos ——— – – –∪–
Calotypus ——— – – – –∪
Molossõspondeus – – – – –

Hexa[s]yllabi.

Dichoreus ——— ∪∪∪∪∪∪
Scoliochoreus ——— ∪–∪∪∪∪
Chorioscõlius ——— ∪∪∪∪–∪
Diantidactylus ——— ∪∪–∪∪–
Scoliocanius ——— ∪–∪– – –
Bachiolatius ——— ∪– – – –∪
Creticolatius ——— –∪– – –∪
Laticocreticus ——— – –∪–∪–
Dilatius ——— – –∪– –∪
Canioscolius ——— – – –∪–∪ *Ita ext
Antidactyloranius ∪∪– – – Tigurinu
Lariobacchius ——— – –∪∪– – suspicor
Cani[s]antidactylus – – –∪∪– Amœbæ
Caniodactylus ——— – – – –∪∪ scribend
Bacchiocanius ——— ∪– – – –
Dicanius ——— –∪– – – –

Plures quidem proferuntur pedes hexa[s]yllabi, sed quia rari tantùm variæ trissyllaborum συζυγίαι, & ex ipso nimis satis noti, eos de industriâ omisimus.

Scansioni accidentia.

Synalœpha est elisio quædam ———
fit autem —— *in deinde & similibus* [pag. 119.]

Qualia sunt *anteambulo, anteire, deorsum, seorsum, deerrant, eum, meus, eadem, eodem, ærei, aureis,*

alveo, omnia, denarium trissyllabon, *promontorium, vindemiator* tetrasyllaba: sed quando clisin fit vocalis in eâdem dictione appellari malumus ὁμοσυναλοιφὴν, συνίζησιν, συνεκφώνησιν, quam qui non observat, facilè labetur in quantitate. Proferemus exemplum unum. Hor. lib. 1. epist. 1. *Præcipue sanus nisi cum Pituita molesta.* Hic qui nullam observat συνίζησιν corripere non dubitant primam in *pituita* cùm certum sit producendam fit. Catul. ad Furium. *Mutis quidem & mala plena nasi.* Nam versus cum Phalecium sit, requiritur *pituita* ne dichoreus.

At heu & O nunquam intercipiuntur. ibid.

Nec *ah, hei, hui, io* aut *eui* monosyllabon.

Omittitur etiam synalœpha in aliis dictionibus ut Virg. Georg. 1. *Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur* [illegible] *Ardea Crustumerique, & turris* [illegible] v. 404. Catull. in Mamurram, & Ca[illegible] Æneid. 6. v. 515. Ecl. 3. v. 79. & [illegible] v. 53. 8. versu penultim. Georg. 3 [illegible] v. 287. & 439. Georg. 4. v. 459. [illegible] Od. 14. lin. 11.

Omissâ Synalœphâ longa syllaba fit [illegible] longa sit, habet a naturâ, quod brevis à posit[illegible] ne committeretur Synalœpha, aut hiatus [illegible] vocales, veteres (præsertim veteres comici) [illegible] D. nec solum in compositis; ut *redeo, redire*, [illegible] & in simplicibus, unde in basi columnæ [illegible] *Prædad. altod. mavid.* & apud Plautum in R[illegible] *Tibi pro pinod, etcum.*

Vocalis longa aut dipthongus durius abs[illegible] à vocali dictionis sequentis, quàm brevis.

Eclipsis est quoties, M, &c. ibid.

S quoque apud Antiquos eliditur, etiam consonante sequente, ut *Senio confectu quiescit.* Ennius.

Et *M* manet aliquando producta ante vocalem, ut Ovid. Amor. 2. eleg. *In manibúsque Jovem, & cùm Jove fulmen habebat.* Nisi hic mavis esse cæsuram. Vide quæ annotavimus de *ultimis* syllabis.

Synæresis est, &c. ibid.

Distinguenda est Synæresis ab Episynalœphâ, quòd in synæresi vocalis neutra in pronunciando pereat, sed ambæ in diphthongum coalescunt; contra autem est in ἐπισυναλοιφῇ, ad cujus clientelam reduci debuit *alvâriæ* pro *alvearia* malè huc exemplum adductum. Synæresios verò passim occurrunt exempla, *Theton* pro *Thaëton*; *Oilei* pro *Oïlei*; *Ulysséi*, *Achillei*, pro *Ulyssëi*, *Achillëi*.

Interdum in ἐπισυναλοιφῇ altera vocalis habet vim consonantis, ut Virg. Æneid. 7. *Hic sacris sedes epulis hic mensa catillis.* Aliter enim prima in *mensa* non potuit produci, quod exigit carminis ingenium, nisi pro *dactylo* admittatur *spondeus eleusmaticus*, qui ejusdem temporis est, atq; ideo non minus jus habet dactyli sedem occupandi, quàm anapæstus apud illo Virg. Georg. 1. non procul a fine.

Fluviorum rex Eridanus campósque per omnes.

Diæresis est, &c. ibid.

Per Diæresin resolvitur diphthongus, vel in duas longas, ut in *terrai*; vel in longam, & brevem; ut in *elegeïa*, vel in duas breves ut *claüso*, *gaüdet*. Videatur Catulli Epist. 56. ad Camerium, nisi ibi admittere mavis spondeum pro dactylo, id enim non semper refugit carmen Phalecium; de suo loco probabimus.

Patiuntur etiam Diæresin *cuï*, *huïc*. De priore vide Martial. lib. 11. epigr. 73. & 12. 49. De posteriore Statii 1. Sylvarum in equum Domitiani, etiam Epithal. Stellæ & Violantillæ.

De Generibus carminum [pag. 120.]

Observatio.

Omne Genus versuum concinniùs fluet, si pedes ex diversis vocabulis sint concatenati.

Carmen

Carmen Heroicum, quod idem Hexametrum, &c.

Heroicum à gestis Heroum, quæ in eo plerumque depingentur, *Hexametrum* à numero pedum, verùm & vocatur etiam *epos*, unde hujusmodi poësis *Epopœia*, & poëta *Epicus* appellatur.

Observationes.

Gratiùs erit Hexametri modulamen,
Primò, si à Penthemimeri incipiat.
Secundò, si dissyllabâ vel trissyllabâ dictione finiatur.
Tertiò, si vitetur tetrasyllabon, aut pentasyllabon, aut etiam monosyllabon in fine, nisi sit enclitica particula; Servius ad Virgilii Æneid. 8. excipit etiam nomen animalis. Verùm si admittimus *conspicitur sus*, & *ridiculus mus*, cur non etiam *imbriferum ver*; cum hoc etiam usus Virg. Georg. 1? —
Quartò, si epitheta conveniant rebus, in his enim omnis Venus & gratia poematis.
Quintò, si medium non sit fini ὁμοιοτέλευτος; ut, *Quis fructus à missis in me certatis habenis?* Qui versus *Leonius* vocatur.

Reperitur aliquando spondéus in quinto loco.

Atque inde vocatur carmen *spondeacum*; verùm in hoc loco rarò admittendus spondæus, quando aut emphasis aut dignitas & Majestas alicujus rei, aut alia similis ratio id requirit, non temerè & ingratiis.
Monendi etiam pueri, si volunt hoc carmen gravè & suaviter in aures descendere, ut in quarto loco ante spondæum ponant dactylum.

Carmen Elegiacum. ibid.

Vocatur *elegiacum* ἀπὸ τοῦ ἔλεον λέγειν, vel, quod verisimiliùs est, ab ἒ ἒ (quod idem est ac αἰ αἰ) λέγειν, funebris

lachrymis enim lamentationibus præcipuè inventum est; quod innuit Ovid. in mortem Tibulli.

Flebilis indignos, elegia, solve capillos:
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Nec obstat hujus etymologiæ spiritus diversitas, quòd est ἐλεγία non *Helegia*. Latini enim sæpe Æoles sequentes aspirationem rejiciunt, ut, *ulcus* ab ἕλκος, *apo* verbum vetus, unde *apius*, ab ἄπιος, & similia.

Hujus autem principem Autorem nescivit antiquitas: nam ita Hor. de Art. Poetic.

Quis tamen exiguos elegos emiserit Autor,
Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

Quod & pentametri, &c. ibid.

Ità scilicet vocatum à numero pedum, nam in quinque pedes aliqui dividunt ad hanc modum.

Rĕs ĕt—sōllĭcĭ—tī plĕ-nā tĭmō—rĭs ămŏr.

Ita ut primi duo pedes sint *dactyli*, aut *spondei*, medius *spondeus*, cæteri *anapæsti*, vel ultimus *tribrachys* sive ita ut vis scribere, sive *tribrachus*, ut vulgò: nam licèt Græcum in y non in *u* à Latinis mutari soleat, non tamen id semper fieri invenias; nam Αυγυστος Latinè est *Augustus*, non *Agustus*. μαρσύπιον, *marsupium* non *marsypium*.

Observationes quædam de Pentametro. ibid.

Prius Hemistichium claudatur Syllabâ longâ in *fine alicujus dictionis.*

Nec probandum illud

Hæc quoque nostræ sententia mentis erat.

Posterius desinat plerumque in dictione *dissyllabâ.*

Monosyllaba etiam admittenda est, præsertim si in scansione coalescit cum dictione præcedente, ut,

—*Hic deus, illa dea est.*

Aut 2do. si alia *monosyllaba* præcessit, ut,

—*Consequar illa sat est.*

Aut 3io. si antecedit *monosyllaba* cum *dissyllabâ*, ut,

—*Zoile sed mea sunt.*

A voce *trissyllabâ* in ultimo loco religiosè plerumque abstinuit Ovidius. Veruntamen haud damnandi ii, qui utuntur aut *trissyllabâ*, *tetrasyllabâ*, *pentasyllabâ*, aut etiam *Hexasyllabâ*, uti fecerim in Epigrammate, ubi sensûi argutiæ magis spectatui, quàm in structurâ blanda syllabarum euphonia.

Quæ sequuntur carmina solent variis modis inter se connecti, & ad *lyram* cantari, unde ᾠδαὶ (i. e.) cantiones, & carmina *Lyrica* appellantur; & Poetæ *Lyrici*.

Si Ode constat ex { 1, 2, 3, 4 } gen carm. vocatur { *Monocólos*, *Dicólos*, *Tricólos*, *Tetracólos* }

Si post { 2, 3, 4, 5 } ad primum redit-ur, appellatur { *Distrophos*, *Tristrophos*, *Tetrastrophos*, *Pentastrophos* }

Si carmini alicui { deest / supereſt } { syllaba / nec deest nec pes vel (supereſt syllaba / deest—totus pes } nomi-natur { *catalecticum*, *hypercatalecticum*, *acatalectum*, *brachycatalectum* }

Carmen Asclepiadéum. [pag. 120]

Irâ scilicet vocatur à primo Autore *Asclepiade* Isocratis discipulo, qui claruit 95. Olymp. Græce Ἀσκληπιάδειον ut ab Ἀσκληπιάδης Ἀσκληπιάδειος.

Sæpe etiam appellatur *choriambicum*, à crebriore pede nam sunt qui dividunt in spondeum duos *choriambos* & pyrrichium, sive Jambum, hoc modo.

Mæcē—nās ăvĭs ēdĭtĕ rē—gĭbus.

Carminibus *Asclepiadeis* sæpe immiscetur *Glyconium*, Γλυκώνειον sic vocatum ab Autore *Glycone*, eo forsan quem meminit Scholiast. in * Aristophan * Νεφελ. constans ex tribus pedibus, sc. spondeo, choriambo & pyrrichio.

Tūn

Tūne nēc-- mēns mĭbī nēc cŏ. ŏr.

Licèt versus, qui ex hoc Poetâ ibi citantur alius mensuræ sint, compositæ scilicet ex Διελεγαίῳ καὶ Ἰάμβῳ nam quid obstat, quò minùs idem Poeta Autor sit diversi carminis?

Sapphicum. ibid.

Ita scilicet vocatum à *Sapphone* Lesbiâ Poetriâ, quæ vixit Olymp. 42.

Constat ex trochæo, &c. ibid.

Sunt & duo alia hujus carminis mensurandi genera, alterum per *duplicem pentheminerim*, hoc modo.

Intĕ-gĕr vī--tæ--scĕlĕ rĭs--quĕ pū--rus:

Alterum autem per *dipodiam* in tres tantum partes, sic,

Intĕgĕr vī--tæ scĕlĕrĭs--quĕ pūrus.

Ut primus pes fit *epitritus secundus*, secundus *choriambus*, tertius *bacchius* sive *amphibrachys*.

Canones aliquot in Sapphicis, licèt non auxiè, plerumque tamen, observandi.

1. Quinta syllaba este *ultima alicujus dictionis*.
2. Si prima dictio sit *monosyllaba* sequitor *dissyllaba*.
3. *Carmen Adonium*, quod tribus sapphicis subnectitur, ex *Sabbatiis*, quorum *epitheta* præcesserunt, constato: sic enim tota series velut ex uno corpore dependebit.
4. *Duo* vocabula, & non *unum* tantum, carmen Adonium componunto.

——*Post tres versus additur* Adonicum. ibid.

Sive ut alii vocant *Adonium* Gr.* Ἀδώνιον. Lat. Textor ait ita esse vocatum quod ab *Adone* excogitatum, Tigurinus ita dictum *Adone* Amasio Veneris. Uterque sibi placet. Nos sine Majorum autoritate timidi firmare quicquam. Verùm quoniam Poeta hujus nominis Antiquioribus vix notus, si necesse esset

* *Quo* nomine appellari αὐληθὲν ἐπιβάτειον ὑπὸ τῶν Λεσβίων notav. Hesyc.

nostram

nostram proferre sententiam, assentiremur potiùs Tigurino, sive vult ita appellatum, quòd ἐν τοῖς Ἀδωνίοις, hoc est, Festis Adonidis sæpe hujusmodi carmina cantabant præficæ; sive quod inst r *Adonidis* ὠκύμορον est, & brevissimi temporis, uno scilicet spiritu confectum, quomodo vocabantur *horti Adonidis* φυτάρια τὰ ταχὺ ἀναβάλλοντα, καὶ αὐτίκα ἀφανιζόμενα, καθ' ὁμοιότητά τινα τοῦ ὠκύμορον Ἄδωνιν θανάτου, ut Phavorinus loquitur. Quicquid autem de nomine conjicere possumus; certè carmen bene antiquum, nam ipsa Sapphonis est, idque eodem ordine, quo hîc post tria sua.

Carmen Phaleucium sive Hendecasyllabum. ibid.

Terentianus, & alii nonnulli Grammaticorum verum deducunt nomen à Poetâ *Phalæco*, quem meminit Ausonius Epist. 4. idcóque alii às scribitur *Phalæcus*. At verò, quia *Phalæcum* Poetam vix est Antiquioris ævi, qui laudavit, suspicatur non nemo hoc nomen ortum à Græca voce φάλητ⊙, quæ ut Scholiast. in Aristoph. nos docet ἐστὶ αὐτοχέδιον πύϊμα ἐπὶ τῷ φαλῷ ᾄδόμενον (i. e. carmen extemporale ad φαλλὸν φάλον sive φάλητα, nam omnia idem obscœnum instrumentum significant, cantatum, tum verò scribendum *Phalecium* meâ vocali, nonnullibi sivè casu, sivè de industriâ, scriptum invenimus.

Constat ex spondeo, dactylo, & tribus trochæis. ibid.

Alii verò sic metiuntur.

Qūăqŭō—dĭffŭĭt—ās—pāuēas—Măbī—li.

Ita ut prima *semiquinaria* sit *Heroica*, altera *Jambica*.

Alii per dipodiam.

Sic— Qūăqŭō dĭffŭ—ĭtās pāuēas—Măbilī.

Ita ut primus pes sit *Epitritus quartus*, secundus, *Diiambus*, tertius *Bacchius* vel *Amphibrachys*.

Apud Catullum autem in primo loco pro spondeo nunquam habet Iambum; ut,

Disertus puer ac facetiarum.

Nonnunquam trochæum, ut,

Neu tibi libeat foras abire.

In secundo admittit spondéum, apud eundem ad Camenam 56.

Oramus, si forte non molestum est
Femellas omnes Amice prendi,
Quas vultu vidi tamen sereno,
Has vel te sic ipse flagitabam.

Trochæum etiam nonnunquam pro dactylo.

Uno in lectulo erudituli ambo.

At verò hîc si omittas synalœphan in *lectulo*, & corripis ob sequentem *e*, ut apud veteres Latinos nonnunquam animat, nil possis desiderare ad sanam analogiam.

Iambicum Archilochium.

Trimetrum sive senarium. ibid.

Trimetrum si per *dipodiam*, *Senarium* si per *monodiam* metiaris.

Sunt etiam versus *Iambici* saltem apud Comicos *Septenarii, octonarii, nonarii, denarii.*

Claudicans Iambicus dicitur, ubi in senario vel octonario duo postremi pedes ita suum locum commutant, ut ultimus sit *spondeus*, penultimus *Iambicus*, Græcè Σκάζων ἰαμβικὸν μέτρον, ut, *Dūcēntĭēs āccēdĭt ĕt tămĕn vīvīt.*

Statueramus quidem hic dare pueris omissa in vulgari grammaticâ cætera carminum varia genera, quibus vel veteres, vel Comici, vel Tragici usi fuerunt, verùm hoc agentibus visum est opus tam perplexum, tam improbi laboris, dum idem carmen nunc hoc, nunc illo nomine vel Poesios Autores insignitur, nunc hoc, nunc illo, nunc alio modo mensuratur, ut statim de manibus inceptum posuerimus, veriti nimirum ne juvenum teneris animis ingratâ operâ plus molestiæ quàm commodi afferre videremur; si igitur sint, qui hæc volunt, alibi quærunto, nobis hoc loco satiùs videtur varia Poematum nomina, & eorum significationes tradere.

De

De Poematum variis Nominibus. ibid.

Satyra poema est Urbanum, jocosum, salsum, ad reprehendendos mores corruptos, & accusandum vitæ improbitatem comparatum; nomen unde natum dubium, primus Autor Lucilius.

Epigramma est quoddam breve poema, cum simplicujusvis rei, vel personæ, vel facti, indicatione, ex propositis aliquid deducens, ab ἐπὶ & γράμμα quia primùm inscriptum erat statuis, tropæis, imaginibus, clypeis, navibus, *&c.*

Emblema nihil aliud est, quàm, quod imaginem alicujus rei complectitur, παρὰ τὸ ἐμβάλλεσθαι, quod velut *innuere.*

Epithalamium carmen est quo nuptiæ celebrantur, à *thalamo* (i. e.) cubiculo nuptiali.

Genethliacon, quo dies natalitius, sive Genialis, cantatur.

Panegyricum est carmen laudatorium, quod dici consuevit apud multitudinem congregatam; nam πανήγυεις publicus conventus.

Paideuterion dicitur quo præceptoribus nostris institutionis nomine gratias agimus.

Encomiasticon & *Epæneticon* recensent laudes.

Apobaterion est carmen, quo discedentes aliunde utuntur.

Epibaterio reditus, longam post peregrinationem, aut diuturno postliminio, in patriam celebratur.

Symbuleuticon, *Protrepticon*, *Paræneticon*, seu *paregelmaticon*, *Nutheticon*, *Paramutheticon*, *Prosecutticon*, *Apeuctícon*, *Eroticon*, *Propempticon*, *Apopempticon*, *Hodoporicon* sive *Itinerarium*, *Amœbæum*, qui mediocriter callent Græcè, sine ullâ descriptione facilè intelligant.

Ionicum seu *Cinædicum*, *Soladicum*, *Fescenninum*, sunt poemata impudica, mollia, nefandæque turpitudinis, quæ latiùs est, si non intelligant.

Mimus est poema quodvis genus actionis imitans. *Mimicæ personæ* dicuntur *Planipedes*, ob eam causam, quòd, cùm *Cothurno* Tragici, *socco* Comœdi pedes induant, ipsæ *nuda pedibus* agebant.

Palinodia est carmen, quo probra priùs congesta encomiis commutamus, & quasi retractamus. Ejus ferunt Stesichorum inventorem, qui cùm Helenam versibus lacerasset, captus idcirco oculis revocavit sententiam negans Helenam cum Paride Trojam advexisse, quapropter oculorum lumen ei aiunt restitutum.

Dithyrambus in Liberi patris honorem fieri solebat, quippe bis natus bis exivit è naturæ principiis, tanquam *binas fores* transierit; διὶς θύρας ἐξελθών.

Epitaphium, Græcè ἐπιτάφιον, est epigramma quod inscribi possit defuncti sepulchro, ab ἐπὶ *in*, & τάφος *Sepulcrum*.

Epicedium, Græcè ἐπικήδιον, est carmen funebre, quod cum justa mortuo solvebantur, seu ante humationem corporis, recitabatur, ab ἐπὶ & κῆδος *mœror*.

Nenia carmen erat, quod ad rogum, seu in funere, concinebatur ad tibiam, ut luctus astantibus commoveretur.

Epinicium, Græcè ἐπινίκιον est carmen, quo victoria alicujus ducis celebratur, ab ἐπὶ & νίκη *victoria*.

Eteostichon carmen est, quod *annorum* numerum continet, ἔτος *annus* & στίχος *versus*.

Hemerostichon, quod *dierum* numerum continet.

Acrostichis est, cujus initiales versuum literæ ordine collatæ certum sensum præbent; ab ἄκρος *summus* & στίξ, ἰχος στίχος, *versus*.

A numero autem horum στίχων carmen *Distichon*, *Tetrastichon*, *Hexastichon*, *Ogdoastichon*, *Decastichon*, *Dodecastichon*, &c. vocabatur.

De quantitate primarum syllabarum.

Positio.

Vocalis ante duas consonantes aut duplicem, &c. *ubique posituræ longa est.* [pag. 122.]

Nihil facit ad positionem *H*, quæ (ut suprà monetur)

est aspirationis tantùm nota. Si quando verò occurrit, ut syllaba brevis ante dictionem ab *H* incipientem producatur, ut, Prop. lib. 2. eleg. 28. *Et tibi Mæonias inter Heroidas omnes*, id cæsuræ potius tribuendum.

Neque semper *I* inter duas vocales vim obtinet duplicis consonantis. Virgilii est Æneid. 5. *Ore rejectantem misto quæ in sanguine dentes.* Vide suprà in Orthographia *I inter duas vocales.*

At si prior dictio in vocalem brevem exeat, &c. interdum secùs producitur.

Martialis nunquam ausus est corripere, nec Catullus, unicum si excepteris locum. *Tristis erit magnus virtutibus undo Scamandri.*

Contrà Propertius usquè metuit est producere; & postrèmum corripit Ovidius.

Lucretius & Virgilius mediam insistunt viam, nunc corripientes, nunc producentes, etiam extra cæsuram. Lucret. lib. 4. *Exspiretq; foras in aperta prompta quæ cæli.* Virg. Æneid. 4. *Ferte citi flammam, date tela, scandite muros.* Ceteri, qui extra cæsuram extendunt, admodum rari sunt.

Vocalis brevis ante mutam sequente liquidâ communis redditur. ibid.

Idem accidit in *chiragra, funebris, impigre, lătebræ, lugubris, mulicbris, feretrum, podagra, tenebræ*, ubi penultima anceps est ob brevem vocalem: contrarium autem est in *ambulâcrum, delûbrum, lavâcrum, simulâcrum, volutâbrum, ventilâbrum, salûbre, involûcrum*, ubi penultima vocalem esse posse etiam ostendit derivatio, nam *salûbre* est à *salute*; *delubrum* à **delutum, involucrum* ab *involutum, simulacrum* & *lavacrum* à *simulatum* & *lavatum.* Vid. quæ de hujusmodi dictis ad reg. *Syllabæ omnes in prosâ oratione*, &c.

**ut à polluo pollutum pollucbrum*

Præterea quod aiunt de udâ sequente mutam, id in Latinis dictionibus solùm intelligendum de *L* & *R* ut in *velucris.* Si quando verò occurrant exempla ubi facta

dem *M* & *N* vel post liquidas, ut in *Tecmessa* & *cygnus* apud Horatium; in *ichneumon* apud Martialem lib. 7. Epigr. 86. vel sibi conjunctæ ut in *Polymnia* Hor. Od. 1. lib. 1. Ovid. 5. Fastorum: in *Polymnestora.* Metam. 13. ut aliquæ editiones habent: in *Theramnæo* Silii. 8. *D* & *G*, ut in *Smaragdos:* simplex liquida, ut in *melos* Pers. Sat. 1. ubi codices aliquot legunt *nectar*, sciendum est morem eum à Græcis devenisse, neque apud Latinos obtinere, nisi in iis vocibus, quas à Græcis accepêre.

Sæpe tamen interdum liquescit in dictionibus puræ Latinis; Catull. ad Gellium 108.

At fixus nostris tu dabi supplicium.

Porro observandum est etiam *L* & *R* non in omnibus locis & dictionibus postpositas liquidis reddere communem vocalem brevem, vix enim reperias *locuples* in fine Hexametri, aut secundam in *genetrix* ullibi productam, aut penultimam in *multiplex* nisi sequente enclitica, Lucr. lib. 2. *Multiplexque loci*, &c.

Vocalis ante alteram.

Unius, illius &c. ubi i communis. [pag. 123.]

Non occurrit exemplum ubi penultima in *solius utrius*, & his compositis, *neutrius, alterutrius*, reperitur brevis.

Licet in alterius semper sit brevis. ibid.

Aliter à Terentio Scauro in Iambico Senario, *Nec alterius indigens opis veni.*

In alius semper longa. ibid.

Scilicet ob crasin, unum Genit. juxta analogiam hujus declinationis esset *aliius.*

Excipiendi sunt etiam Gen. & Dat. 5. ibid.

Excipias etiam penultimam Gen. & Dat. antiquorum *ai*, nam semper apud veteres producitur.

Et universim observa si voci habenti *I* inter duas vocales syllaba crescat ob dialysin, vocalis præcedens *I* erit

longa, ut videas in *elegēia* si fiat pentrasyllăbon. Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 1. in *Pompēius*, si tetrasyllabon; in *Caius*, si trissylla on. Martial. lib 10. epigr. 44.

In quorum Vocativo manet idem modulus, ubi solùm *I* sequitur post vocalem, ut videre est Martial. lib. 2. Epigr. 30. Ovid. lib. 4. de Ponto El. 1. caussa esse videtur, quia olim dixere *Pompeiius Caiius*, &c.

Ex *ei* etiam ante vocalem est longa, neque id modò in Græcis, ut *elegia* & similibus, sed etiam Latinis, ut in *Dīana*, quod factum ex *Dea Jana*, extrito scilicet ā atque ē & ī coalescentibus in diphthongum eī, quæ facilè abiit in *I* longum.

Scimus hujus dictionis primam syllabam non raro invenisse correptam; at qui id faciunt nullam observant Synæresin, sed per syncopen è *Dea Jana* exclusis duabus literis *e* & *a*, vel *a* & *i*, legunt *Deana* vel *Diana*.

Et etiam in fio—— si sequantur e & r. ibid.

E ante *e* & *r* semel legitur productum apud Terentium Adelph. act. 1. sc. 11. *Injurium est, nam si esset unde id ficeret.*

Quòd verò tam constanter corripiunt Poetæ cæteri, factum est ob diæresin, quam in hoc verbo observant, nam analogia requirit, ut sit *fiem, fiet.*

Obe interject. priorem syllab. ancipit. habet. ibid.

Et *ebeu* priorem longam.

Vocal. ante alteram in Græcis dictionibus subinde longa, &c. ibid.

Scilicet vel ob vocē sequentem longam, ut in *Aēr*, *Chāos*, *Briseīs*, *Ixīon*, *Aōnia*, *Heroēs*; & Ionicis illis * *Ilionēi*, *Idomenēa*, ut Virg. *Ilionēa petit de*[illegible] *tra—— Idomenēa ducem——* Nam communis Accusativi Ἰλιονέα, Ἰδομενέα, Ionicè fiunt Ἰλιονῆα, Ἰδομενῆα.

*Aliàs enim Accus. à Nominibus in eus corripitur ut Orphea.

In

item in nominibus in *ous* ut, *Latōus*, *Eōus*: Prima autem anceps est quia Ἠώς & Ἑώς Græcis.

Vel propter Diphthongum ut in *Amphīon*, *Medēa*, *Galatēa*, *Antiochīa*, *Nicīa*, *Nicodemīa*, *elegīa*, *Alexandrīa*, *Xenodochīum*, & similia.

Æacis & *Nereïs* habent penultimam communem, quòd e frequentabat in Ionicum η, Νηρεὶς com. Νηρηΐς Ion.

Anceps est prima in *Rhea* quia Græcè Ῥέη & Ῥεῖα atque contractio alterius vocalis à diphthongo fortasse causa est quòd penultima quoque indifferens in *conopeum* & *chorea*; Etiam & *platea*, cujus penultimam licèt producat Ausonius, Ep. 2. l. 2. corripit tamen Catull. epigr. 15. Hor. epist. 2. lib. 2.

Hue referas *Cyclopea* correptum à Virgil. Æneid. 1. *Græcum* cujus penult. aiunt corripuisse Ter. Phorm. Act. 5. sc. 6. ut * Catull. ter-tium in *Dioneo*, nam Græce sunt Κυκλώπειος, γραικεῖον, Διώνειος & *Gæcum* etiam citat antepenultimam, licèt ut aiunt, sit à Græco γήϊνον.

*Epigr. 26. qui tamen locus suspicitur esse corruptus

Diphthongus.

Omnes diphthongus apud Latinos longa est, Nisi sequente vocali. ibid.

Quod solùm intelligendum de præpositione *præ*, in aliis enim dictionibus producitur diphthongus, licèt vocalis sequatur, ut, *O Melibœe deus.*— *Mœotica tellus.* Ut ut etiam in *Mœotis* semel corripit Ovidius 3. Trist. eleg. 12. ex Farnabius. Verùm in libro meo à Berlmano edito, carmen istud [*Longior antiquis visa* Mœotis *hiems.*] pro *Mœotis* habet *meavit.*

Longa etiam est omnis contractio per crasin, ut. *vēmens* pro *vehemens*; *cŏperuisse* pro *cooperuisse*; *nīl* pro *nihil*; *mī* pro *mihi*; *cōgo* ex *coago*; *cōgito* ex *coagito*; *bōbus* & *būbus* à *bovibus*; *būcula* ex *bovicula*, & similia.

Derivativa eandem cum primitivis, &c. ibid.

Sic *audītus suffītus* à supinis quartæ *auditum* & *suffitum*, *servītus* autem non à *servītum* sed à *servus*, ut à *bonus bonitas*, à *vir virtus*, &c.

At *argumentum* secundam producit, quia est à supino *argūtum*, itidem & *rudimentum*, quia est à supino *rudītum*.

Sic *focale* à *faucibus* longam habet primam. Martial. lib. 14. Epigr. 142. à *foco* brevem. Horat. lib. 2. sat. 2.

Deciduus & *succiduus*, à *cædo*, producunt antepenultimam. Ovid. Metam. 8. v. 764. at *succiduus* à *cado* corripit. Ovid. Met. 10. v. 458.

E media corripitur media in *trituro* (verbo à sequioris ævi Autoribus tantùm usurpato) cùm sit à *tritura*, quod eam producit.

Depectŭlor producit penultimam, quia à *peculium* ortum est & contrà eandem corripit *osculor*, quia ab *osculum* natum.

Sic, quæ fluxerunt à Græcis Latina eandem, quam priùs habuere quantitatem, obtinent: Vocales naturâ longæ manent, & abbreviantur breves.

Exempli gratia longam habet penultimam *Areopagus*, quia Græce est *in πάγῳ*, vel *in πάγοις*; & contrà corripitur quarta syllaba in *Areopagus*, quia est à Græco nomine * πάγος, cujus penultimam corripit Homerus.

* Non à Latino *pagus* quod priorem extendit.

Tamen etsi haud ubique tenet hæc regula, siquidem Latini ex diphthongo aliquando eximunt alteram vocalem, idcóque in *chiragra* prima syllaba semper legitur correpta, cùm in aliis ἀπὸ τῆς χειρὸς derivatis, ubi ambæ vocales retinentur (nempe *Chirurgus* & *Chironomon*, &c. e demsyllaba semper producitur.

Composita etiam à ποιέω, ut poeta poësis & similia contrahunt primam, quia amiserunt alteram vocalem, nam si integra à Græcis ad Romanos pervenissent, scripsissent *poëeta* & *poëësis*, non *poëta poësis*.

Mag

Magis desperanda ἀναμαλία videtur esse in *crepida* & *Hellorem*, quorum prius ubique habet primam brevem; licet sit Græcè κρηπὶς, κρηπῖδος, alterum producit medium apud Ennium in Iambico illo,

Hellórem quadrijugo curru raptarier.

Item, *Hellóris natum de mœro jactarier.*

Quod tamen ab Achivis cum *O parvo* scribitur. At consonus Latinos sic protulisse *crepidam*, quasi à *crepitu*, quem in gerendo edis; & quia dixerunt *actórem* & *pictórem*, sic *Hellórem* & *Nestórem* pronunciâsse.

Si quando verò occurrunt absque hujusmodi voces, vel apud Celsos (ut *Phædrumus* apud Plautum cor. penult.) vel apud neotericos, quæ vel producunt naturâ correpta, vel corripiunt naturâ producta, (qualia sunt *idólum* & *evéctus* apud Prudentium secundâ brevi, & *Euripides* apud Sidonium tertâ longâ) sciendum est ibi Autores rationem habuisse accentûs, cui dum nimiùm attendebant, neglexêre quantitatem.

Excipiuntur tamen pauca quæ à *brev.* [pag. 124.] *deducta primam producunt.*

Cujus generis sunt Vox vocis, à voco, &c.

Quibus addas *hūmor* & *hūmidus* ab *hŭmo*; *sēcius* à *sĕco*; *lāterna* à *lăteo*; *mācero* à *măcer*, & si libet etiam *sōcio*, *sōcillo*, sive *sōcilo* à *sŏcio*: certè antepenultimam producit Lucanus, sive mavis Ovidius, ad Pisonem. *Sed miserum quasi flipe focilat, ut pudibundum.* Nam audacior est Scaligeri mutatio *munerat* pro *focilat*.

Primam etiam in *nefarius* producit Propertius eleg. 4. lib. 4. licèt sit à *nefas*. Sed hoc adeò insolens (nam cæteri corripiunt) ut Scaliger pro *nefariis* legi jubet *nefuriis*.

Malè autem huc ascribuntur *fomēs* & *fōmentum*, cum sint à *fŏtum* non *fŏveo*, (ut *mōmen* & *mōmentum* à *mŏveo*, à quo etiam *mōbilis*.) *Rēgo* item & *rēgula*, cùm sint non à *rĕgo*, sed *rē-ctum*; ut *tēgula* à *tē-ctum*, & *sēculum* à *sē-ctum*.

Et in multis aliis, quæ ascribi solent, vel crasis est, vel compensatio temporis ob syllabam deperditam, cujusmodi sunt *jūnior* ex *jŭvenior*; *nōnus* & *dēnus* ex *nŏvenus*, & *dĕcenus*; *cēritus* vel *cerritus* ex *cĕrĕritus*; *stīpendium* ex *stīpipendium*.

Sunt & contrà, quæ à longis deducta corripiuntur; qualia sunt, Dux dŭcis, à duco.

Addas præterea *stătio*, *stătus*, & *stăbilis* à *stātum*. Etiam & *latum*, licèt Becmannus citet versum à Festo ubi producitur.

Et succisa Ceres latum cum mergite culmi.

Atque assignat rationem quod olim primo in **Statum* anceps erat. Item *stăbellum* à *stătum*, *văgax* à *vagire*, *văricosus* à *Varicus*, *Quinctĭlius*, *Quinctĭlia* & *Quinctĭlianus* à *Quinctĭlis*; *Sextĭanus* à *Sextĭlis* (nisi mavis derivari à *Quinctius* & *Sextius*.) & alia Propria nomina, ut *Sĕnones* à *Sēno*. &c. A *būbus* etiam est *bŭbulcus*, à *quātuor quătuor*, à *fari fătuus*, nisi mavis a Græco φάω.

* Vid. infra Reg. *Quum & Sapinum aiss syllabam.*

Nonnulla enim remotiorem significationem sequi amant haud secus ac liberis fit, qui interdum avis aviisque, quam parentibus sunt similiores; Sic *lŭcerna* refert modulum vocis Græcæ λύχνος, non Latinæ *lucu*; & *vădum* quantitatem habet non verbi *vado*, unde immediatè descendit, sed τῦ βαδίζω, vel potiùs βάδω, quod primam corripit.

Sunt etiam quæ, contrà primigenii naturam, cò corripiuntur, quòd literam perdant; ut *mămilla* a *mamma*; *ŏssella* ab *essa*, *cŭrulis* a *curru*, *fărina* a *farre*; *strigilis* a *stringo*.

Atque ejusmodi sunt *frăgilis* à *frango*, *dissertus* à *disserere*. Etiam *sĭgillum* a *signum*; *vŏlutum* a *volvo*, &c.

Desiderativa in *urio* licèt à participiis in *ūrus* oriunda esse videantur, *u* tamen ubique corripiunt, ut *parturio esturio nupturio cænaturio*, &c. *scaturio* enim & *ligurio*, *caturio* non hujus loci sunt.

Compositæ

Composita simplicium quantitatem, &c.

Excipias tamen ——*Innuba à nubo*, &c. [pag. 124.]

Etiam *perfidus* a *fidus*; *hŏdie* ex *hoc die*; *semiſŏpītus* quoque a *ſŏpitus*; a *bācūlus imbēcillis*; in *conanbium* etiam decepſ eſt antepenultima, quamvis ſit a *nūbo* penultimâ nouâ, & à *nōtum* eſt *cognītus* & *agnītus*; *præſĭturus* poſtĭturus a *ſtāturus*; *affāvim* a *ſātum* vel *ſāi*; & *nĭbĭlum* ex *nē bīlum*,

Quædam deflectunt a primitivorum quantitate ob coalitionem duarum vocalium in compoſitione, ut *cōgo* ex *coago*; *indūgo* ex *induăgo*, nempe veteri præpoſitione *indu* pro *in*; *ambages* & *ambitus*, ex compoſitione præpoſitionis *ambe vel ambi* Græce ἀμφὶ cum *ago*, & *itus* participio.

In nomine verò *ambītus* penultimâ correptâ eſt ſyncope literæ vocalis, non duarum *συνίζησις*.

Abſcidit a *ſcidi* volunt nonnulli communem habere ſecundam, ſed quando occurrit producta (occurrit enim aliquando, ut Mart. lib. 3. epigr. 66.) quantitatem ſuam debet verbo ſimplici *cædo*, nam inde eſt *abſcido*, ut *abſcondo* a *abs* & *condo*, *abſcedo*, ex *abs* & *cædo*.

Mirum videri debet quòd primam in *ſelibra* nuſquam non corripit Martialis, licèt ſit a *ſemis*, cujus priorem producunt omnes.

Prŏ quoque longa eſt præterquam in iſtis. ibid.

——*Prŏ repo*——

Etiam & *proceptis*, nam eadem ratio.

In *profiteor* & *protervus* primam videntur producere nonnulli caſcorum, ſed utrobique corripiunt claſſici.

Nimis forſan ſubtiliter diſtinguunt, qui priorem in *progo* volunt corripi, quando *ſtirpem* notat, produci quando *item*; nam *ſtirpem* tantum metaphoricè ſignificat, metaphora autem non ſolet variare quantitatem; ideo verſificus eſt *pro* in *propago* & nomine, & verbo, eſſe ancillam.

Pro

Pro *procurro* scribe *procurro*, cujus prima anceps, licèt purioris ævi Poetæ eam etiam extendant.

Prologus tamen, licet a πρὸ & λόγος sit derivatum, apud Comicos producit primam, nec semper corripitur in *propino*. Videatur Martial. Epigr. 75. lib. 12.

Ejusdem naturæ est *Proserpina*, cum κόρη Περσεφόνη sit ex Περσεπόνη, ubi ex *e* brevi fit *o* breve, & ita usus Horatius lib. 2. Od. 13. Aliquando, quasi a *proserpendo* fit, producitur, ut a Senecâ Tragico, imò & a Maronе I. Georg. v. 39.

Reliquæ præpositiones, si positio sinat, corr.——
ejusmodi sunt ab, ob. [pag. 125.]

Etiam ante consonam si *b* deperdant, ut Virg. *Terræ inter fluctus* aperit Hor. in Arte.——*Præsens in tempus* omittat.

His etiam accensens *Circum*, nam olim excuntia in *m*, sequendo omitebatur Eclipsis, nisi ubi obstabat Cæsura, erant corripta; præpositiones verò eandem fere quantitatem compositæ servant, quam simplices habebant.

Atque ideò etiam *cis* forsasse corripienda, licèt idonei testis exemplum non occurrat, nam eandem videntur tenere quantitatem ac *bis*, atque *bis* corripitur.

Ad non semper corripiebant veteres, non ità certum est. Legitur enim productum apud Lucretium lib. 3. *Nec desiderium nostri nos adigit ullum.* Licèt non negemus aliter nonnullis legi, & pro *adigit* poni *adficit*, *attigit*, *adlicit*. de Re plana res est, producti non semel apud idoneos metricæ observatores, sed id tantum, ubi consona sequens posset duplicari, ut in *retulit*, *repevit*, *recidit*, *redit*, *refugisse*, *remotus*; non enim idem reperias in *redeo*, *redoleo*, *redundo*, & similibus; quia hæc tantum ad hiatum vitandum *D* semel admiserant; neque in *revolvo*, *reverto* & istiusmodi, quia natura *V* consonæ geminationem non patitur. Neque tamen geminanda consona sequens est quoties occurrit *Re* productum, nam hoc nimis licere est, & semibarbarum.

Interjice & *refert Re* etiam producitur, sed horum alia est ratio, *refert* enim non est ex præverbio *Re*, sed ex nomine & verbo *Rei* & *fert*; & *Re* in *rejice* producitur ob sequentem *j*, non quod vim duplicis obtineat, ut aliqui volunt; sed quod veteres prenunciabant quasi diphthongum: nam vocales *i* medium inter vocales duris locum sortiebatur, vocalis præcedens crassius sonabat, & ad proprium sonum aliquando vocalis *I* allumebat, itaque *aio, maior*, &c. pene ita efferebant quasi *aio, maior*, &c. & plerumque per diphthongum etiam scribebant.

Sunt etiam quidam canones observandi de compositis à præpositione, quorum prior pars exit in vocalem.

Imprimis rectum est, ut in conflatis ex *quis quāpropter, quīcunque* & similibus.

E corripitur, ut in hujusmodi *ĕquidem, nĕque, nĕqueo, nĕquis*.

Excipias *nē ullus*, & *nēquam* adverbium, item *nēquando, nēquicquam, nēquaquam, nēquam, nēpotis, nēquiter*.

Et quæ in compositione patiuntur Syncopen, ut *veneficus* pro *venēficus*, & *vidēsse* pro *vidēre licet*. Longa tamen prima *fē lecim* & *fē lecies*, ut & *mēcum tēcum sēcum*.

De compositis è verbis secundæ conjugationis dubia sunt secundâ *expergefio, pateface o, pateflo, putrefio, rarefio*, & *tumefio*: vocalem *E* apud Lucretium producunt, contra Virgilius *F* corripit, ut in compositis ex *labe* & *treme* à conjugationis, ita ex *cale, made, pute, rube*, quæ veniunt à verbis secundæ, quod etiam facit Horatius lib. 4. Od. 14. & lib. 2. epist. 2. ut & Ovidius Epist. 11.

Quamvis in *liquēfacio* producit. Metam. 7. Fab. 2. *—Congelläg, flamma cuta liquēfaciunt* ——ac similiter *tepēfacis* Catul. de nuptijs Pelei & Thet. *Acta tepēfacies permista flumine cæde*. Quare *E* in hujusmodi compositis semper videtur esse, nisi mavis breve, sed ab Ovidio Catullóque produci necessitate, quòd concurrunt quatuor vocales; sic enim prima in *Priamides* producitur ab Homero, ejus exemplo à Maronе, item altera in *Thyophila* à Mart. lib. 7. epigr. 68.

I plu-

I plurimùm est correpta, ut in *ĭsquidem, bĭremis, trĭremis, bĭdens, trĭdens, bĭceps, trĭceps, utĭque, omnĭgenus unĭcolor*: sed secus est in iis quæ *I* pro casibus variant, ut in hisce casibus *quīdam, quīvis, quilibet, quīcunque*; & obliquis istis *quantīvis, qualīcunque, unīcuique, reīpublicæ.*

Idem virile ex *isdem*, sibilo exerto, producitur: sed neutrum corripitur. *Tantidem* Ennius producit, sed corripit Varro.

Ad hæc se è producuntur Syncopen passa, ut *prīdie, postrīdie* ex *priore* & *posteriore die*; & ad unum omnia *dies* protecta, ut *bī luum, trīduum, merīdies, quotīdie.*

Quotidianus tamen habet aliquam brevem apud Catullum. Carm. ad Mallium. Sed a Martiale producitur lib. 10. epigr. 65. & lib. 11. epig. 1.

Præterea *I* porrectum habent *trīginta, trīceni, trīcesimus, sīquis, nīmirum, īdem*; at *ubique, utrobique, ubīvis, ubīcunque*, secundum habent ancipitem instar simplicis *ubi.*

In verbo *lucrifacio* secundam producit Martialis lib. 8. epigr. 10. Nisi fortasse divisim scripsit *lucri fecit*, quomodo Plautus, Pers. Act. 4. sc. 4. *fecisti lucri.*

O corripitur in compositis ex duobus nominibus, ut in *bardŏcucullus.*

Nomina, verba, & participia ab adverbiis venientia o servant productum, ut *intŏ luxerunt, retrŏversus.*

Adverbium *hŏdie* corripit, ut & conjunctio *quŏque*; sed a *quando* composita partim *o* corripiunt, ut *quandŏquidem*, partim producunt, ut *quandōque, quandōcunque*; similiter porrecta sunt *alibōquin* & *utrōbique.*

U etiam corripitur: ut, in *dŭplex, dŭcenti, quadrŭpes*, &c. & vocalis quævis ante *bundus*, ut *moribŭndus, tremĕbundus*, &c.

Item ante *lentus*, ut *fraudŭlentus, luctŭlentus, pulvĕrulentus, violĕntus*, &c.

Qui

Quin & Supinum dissyllabum primam producit.
Excipe quitum, &c.

Fuit etiam olim habuisse supinum in *ĭtum* quod *ĭquet* ex *futurus*. Priscum etiam in *flatum* olim antepenultimâ, a quo fiunt inderivativa *flātio*, *flātus*, *flābilis* primâ, & composita *prosflo* & *adflātum* mediâ brevi; *flaturus* & *conflāturus* antepenultimâ longâ.

Exemplum seu Autoritas.
—*Communes prim. syllabarum quantitates*, ibid.
Cujus sortis sunt Britannus, &c.

Addas etiam *focale*, *ligula*, *Cyclops*, *rudo*, *cydon*.

De Mediis Syllabis.

Scope a *indicem primæ conjugationis longam* &c. [pag. 126.]

Item ē secundæ, sed ē tertiæ brevem, nisi ante *bam* & *m*, ut *legebam*, *quievi*; ē autem ante *vam*, *vim*, *vo*, ubique corripi; *i* quartæ, nisi ante consonam, semper longari, præterquam in aliquibus supinis suprà exceptis: Item *i* tertiæ conjugationis ante *vi* & *si*, ut *quæsivi*, *divisi*, &c.

Penultima tertia pluralis præteriti perfecti indicativi a-vi longa est; at a Poetis sæpe corripitur, a Marone scilicet Eclog. 4. in *tulerunt*: Georg. 3. in *miscuerunt*: Æn. 11. *decoverunt*; a Tibullo lib. 2. eleg. 3. in *profuerunt*: a Mart. lib. 12. epigr. 42. in *defuerunt*: & alibi ab aliis; per Systolen scilicet, ut vocant Grammatici.

Cætera syllabas rimus *&* ritis *in præterito perfecto.* ibid.
modi subjunctivi ubique pro brevibus habendas, &c.

Itali aiunt censuisse Diomedem & Agroecium, at aliter visum est Probo nobili Grammatico, qui, teste Hieronymo in Chron. Eusebi, vixit Neronis temporibus. Adjiciemus verba ejus lib. priori Artis cap. de penult & ult. syllabis. *Subjunctivo modo perfecti. tempus numeri singularis in omnibus personis omnium conjugationum penultimas, ultimásque syllabas breves habet, ut* clamaverim &c. *Plurali autem numero*

numero in omnibus quatuor conjugationum modis personarum primæ & secundæ penultimam semper producunt, ultimam verò corripiunt. Et Servius quoque ad carmen illud Maronis Æneid. 6. *Egerimus nostri, & nimium meminisse necesse est. Ri*, inquit, *metri necessitate corripuit*; & sanè videtur hic unicus locus fecisse, ut putaret Diomedes, quem multi jam secuti sunt, præteritum corripi.

In futuro autem, &c. ibid.

Corripit Ovid. Metam. 2. *Videritis stellas illic ubi cu'us axem*, quod & Plautus Rud. act. 3. sc. 5. lin. 3. *Invitas, ni illhunc illis invitassitis*, quod vetus Futur. p. *invitaveritis*. Sæpiùs autem producitur, vide Catul. ad Lesbiam. Ovid. lib. 4. de Pont. eleg. 4. lin. 6. & 16. Item Metam. 6. fab. 5. vers. 387.

Est & ubi media Syllaba variat, &c.

Inter syllabas etiam incertæ quantitatis habenda est secunda in *diutius*, nam nec auctoritas assignat, nec derivatio: cùm secundam in *diutinus* corripit Ovidius, at eandem *diutinè* producunt alii.

Adjicit vatin ius Latina penul. præd.

ut clandestīnus, &c. ibid.

Sic *intestīnus, marītus, collī* *cisternīnus*, & apud Medicos *salīn* Etiam quæ ab animalibus ven ut *equīnus, porcīnus, marīnus, a* *rīnus, arietīnus*, similiaque.

* Quod etsi, quantum scimus, nemo veterum dixerit, non tamen ideo impro bamus, nam hinc certi sem. *salina* & neut *salinum*, quorum *h* respicit vas, illud fossa

Juncinus à juncus, & *quercinus* a *quercus*, Latina etsi sint, protulerunt Nonnulli penultimâ correptâ, at ubi veterum auctoritas desideratur, quid deliberto.

Præter hæc sequentia —— fagīnus, cedrīnus. ibid.

Perperam excipiuntur hæ duæ voces ab Adjectivis Latinis, cum Græca sint φήγινος & κέδρινος.

Quæ

Qualia permulta à Græcis vocibus deducta in ιος.

Intelligo *materialia*, nam *Patria* a Græcis in ιος penultimam fere extendunt, ut *Nonacrīnus*, *Alexandrīnus*, &c. Derivativa in *icius*, quæ a nominibus veniunt (excepto *nouicius*) antepenultimam corripiunt, ut *Fabrīcius*, *Tullīcius*, *patrīcius*, *gentīlicius*, &c. Quæ verò a participiis descendunt, eam producunt, ut *emissīcius*, *projectīcius*, *suppositīcius*, &c.

Adjectiva in *anus*, *arus*, *orus*, *osus*, producunt penultimam: ut *montānus*, *avārus*, *canōrus*, *odiōsus*.

Adverbia in *atim*, & *itim*; ut *ostiātim*, *virītim*; item *affātim*, & *plātim* quod tamen interdum producitur. Comparant penult. Diminutiva in *olus*, *la*, *lum*; ut *parvŏlus*, *lula*, *lulum*; ut *urceŏlus*, *unciŏla*, *regŭlus*, *caniculă*, *calicŭlum*.

Item verbalia in *bilis*, ut *flebĭlis*; & adverbia in *itus*, *subitus*, *cælitus*.

Inadjectivis in *imus*, quando *timus* vocis productio est, capitur penultima: ut in *ligitĭmus*, *finitĭmus*, *solistĭmus*, *ultĭmus*: quando autem posterior tantum syllaba producitur, tum *I* antecedens est porrectum; ut in *primus* a vel *pris*, *bimus*, *trīmus*, *quadrīmus*, **quīmus* non dubitamus, invito licèt Politiano, *Patrīmus* & ** matrīmus*; ut a *bis bīmus*; & a *treis* vel *tris* (unius solâ additione syllabæ) *patre patrīmus*, & a *matre matrīmus*.

**unde quimitus apud* Plinium lib. 8. cap. 35.

**Qui cap. 58 M. Acel. versione quorundum Sibyllinorum carminum corripit.*

Adjectiva in *aceus* antep. producunt, ut *cretāceus*, *hordeāceus*, &c.

Patronymica Masculina in *ides*, a nominibus in *eus*, penultimam habent extensam: ut *Pelīdes*, *Thesīdes*, a *Peleus*, *Thesēus*.

Masculina

Masculina autem, quæ descendunt a primitivis in *us* in purum, penultimam ferè corripiunt. Sed in *Belīdes Lycurgīdes, Tyrrhīdes*, licèt a *Belus, Lycurgus, Tyrrhus*, porrigant penultima; fortasse quod Iones mutato *os* in *eus* pro Βῆλος dixerunt Βήλευς, Gen Βήλεως; a quo regulariter Βηλεῖδης & per Synæresin Βηλείδης. Qui plura vult, respiciat ad quæ supra annotavimus ad *Patronymica.*

De Ultimis Syllabis.

a finita prod.—excipias puta, &c. [pag. 127.]

Eja producere ultimam ait Probus, atque ita usus Sidonius Carm. 14. ad Calliopen: Sed rutiùs corripiens *Semus* ob illud Valerii Flacci in 8. ---- Eja *per ipsum*, &c. *Postea* corripit Naso Fast. 1. Postea *mirabor* &c. Nisi vis divisim legere *Post ea*: nàm ejusmodi Adverbia fere producuntur, ut *antea, præterea, postilla*, &c.

Præter Vocat. in a a Græcis in as. ibid.

Producit etiam Virgil. voc. *Anchisa* a Nom. *Anchises* sed id fortasse per cæsuram. Vel potest esse Doricus vocat. Ἀγχίσα pro Ἀγχίσῃ.

Nam Græca nomina in *es* solent apud Latinos mutare terminationem, & tam in Vocativo, quàm in Nom. cedere *a* ut Hor. lib. 2. Sat. 3. *Ne quis humasse velit Ajacem Atridâ vetas cur?*

Numeralia in ginta frequentiùs long. ibid.

Ideo monendi pueri rutiùs produci; nam unicum si cum excipias Martialis lib. 12. Epigr. 26. ubi, licèt codices sentiant codices, proclivis est error, ut *sexaginta posita agenta* scriberetur, vix apud ullum idoneum authorem rutias corripi.

In b, d, t, desinentia brevia sunt, &c.

Finita in *T* olim apud priscos fuerunt ancipitis in valli.

Sed tria in c *semper contrah.* Lac, *&c.* ibid.

Lac Producit Q. Serenus Sammonicus cap. 63. quod de venenis. Lac *asinæ placidæque bovis prodesse loquuntur.* Qui ò corripi aiunt, autorem laudare possunt neminem.

Duo sunt Commun. Fac *&* pron. Hic. *&* neut Hoc.

Hic pronomen & *hoc* in recto pro brevibus habenda: ubicunque verò occurrunt producta, patiuntur synalœphan in e, & cum duplici c e scribi debent, ut Virg. Æneid. 11. *Hocce erat alma* &c. nam ibi *hocce* est pro *hocce.*

Excipiendæ sunt omnes voces quintæ, &c. ibid.

Inter quas olim *fame* annumerata erat, ut testatur Agellius lib. 9. c. 14. idcóque posteriorem interdum producit.

Et *secund. item personæ Imp. Act. 2dæ. conjug.*

ut ——— cave. ibid.

Cave sæpe apud Poetas corripitur. Vid. Hor. Epist. ad Iannium Asellam v. ult. Ovid. 1. Trist. Eleg. 1. & lib. 3. de Pont. Eleg. 1. quod etiam aliquando accidit aliis. *Vale* Nason. 1. Trist. Eleg. 7. *Vide* Pers. sat. 1. Valer. Flac. lib. 5. v. 594. *salve* Mart. lib. 11. Epigr. ult. Prout vett. addidit: habent: in vulgatis verò pro *salve* corruptè *solve* editum est. *Respondè* Mart. lib. 3. epigr. 4. fortasse quòd hujusmodi verba, quæ nunc solum sunt 2dæ, olim etiam primæ fuerunt conjugationis, qualia usque manent aliquot: dicimus enim *fulgeo* & *fulgo*; *ferveo* & *fervo*; *oleo* & *olo*, quæ annotantur post *Verba Defect.*

Præter que, ne, ve, &c. ibid.

Et syllabicas adjectiones *ce, te, pte.*

Quin & adverb. quoque in e *ab adject. deducta, &c.*

Intellige ab Adjectivis secundæ declinationis, è quibus excipienda esse *superne* & *inferne* ostendit id unum carmen Suetii lib. 6.

Tecta supernè *timent, metuunt* infernè *cavernas.* Nam quæ descendunt ab Adjectivis tertiæ, nullibi producta legas, cujusmodi sunt *impunè, facilè*, &c.

Quibus accedunt fermè, ferè. ibid.

Et Interjectio *Ohe* apud Martial. lib. 4. Epigr. 91. *Ohe jam satis est, ohe libelle.*

Præter——— ubi ibi. [pag. 128.]

E compositis *alibi* longum est, *sicubi* correptum, ut *sicuti. Cuī* etiam dicitur posteriorem habere ancipitem quando dissyllabon est; corripit Mart. lib. 11. Epigr. 73. & lib. 12. Epigr. 49. At nescio sanè an ullibi inter Classicos reperitur producta, licèt id audeat Manilius & Prudentius.

Præter nil *contracti. à* nihil. ibid.

Producitur etiam *sal.* Statii 4. sylvarum.

M quoque in fine dictionis, quando ob vocalem sequentem non eliditur, corripitur apud antiquos, quod patet in præpositione *circum. Quo te* circumagas? *Quæ prima aut ultima ponas?* Juv. Sat. 9. Attamen penultimam in *Jovem* produxit Ovidius. Vid. *Eclipsis est quoties* M. Verùm id fortasse per Cæsuram.

Et aliæ Gerundii voces in do. ibid.

Gerundia in *do* producere solet Virgilius, at corripit Tibullus, Ovidius, Juvenalis.

Verba & rectos nominum in *o* extendere amabant Veteres eò quòd *o* in hujusmodi vocibus propiùs ad ω Græcum olim accederet, nam *psallo, serpo, Plato, Cicero*, Græcè sunt ψάλλω, ἕρπω, Πλάτων, Κικέρων. Posteriores verò non veriti sunt corripere, quia eandem vocalem paulo tenuiùs quàm veteres efferebant.

Præter sedulò——— serò. ibid.

Tutiùs corripitur *serò*: producit quidem Tibullus lib. 1. Eleg. 8. bis in eodem carmine. Sed utrobique id tribuit licentiæ cæsuræ.

Excipe

Excipias etiam *postremò*, *profectò*, *imò*, nam hæc etiam apud magni nominis Poetas occurrunt aliquando correpta.

Cæterùm modò *semper corrip.* [pag. 129.]

Modò haud semper; producit enim Catullus ad Varrum: *Commodò* & *postmodò* haud legas producta.

Citò, *quoque* ego *atque* homo, *&c.* ibid.

Ego aiunt produci à Plauto nec non & Catullo Epigr. 17.

Homo producit Ennius apud Macrobium lib. 6. ast id non extra cæturam.

Addas vero correptis *cedo* pro *dic*, *scio*, *nescio*, *illico*; contrà verò *eò*, *idcò*, *adeò* rarò corripiuntur.

In p. unum est *volup*, quod corripitur apud Agell. lib. 13. cap. 4. Est verò id per apocopen ex *volupe*.

R finita, *ut* torcular. ibid.

Cujus penultimam produci, ut in *lacunar*, contendit Priscianus; sed reclamat analogia, nam ut à *specio*, *speculum* & *specular*; sic à *torqueo*, *torculum*, & *torcular*: imò & apud Fortunatum lib. 8. cap. 5. sic versus is legitur in MSS.is.

Calcaturus erat qui solus torcular *altum.*

Licèt aliter citet Henricus Smetius.

Cor *semel apud Ovidium productum legitur.* ibid.

Sed quia semper alibi, & apud ipsum, & apud cæteros idoneos autores, corripitur, non displicet Micylli & aliorum emendatio. *Molle meum levibusque* cor *est violabile telis.*

Par *quoque cum compositis.* ibid.

Licèt nonnulli, declinante Latinitate, & simplex & compositum corripuerint.

Præter Græca, quorum Gen.——&c. ut Arcas, &c. ibid.

Et *anas*; nam Petronii est Phalecium istud, *Et picti anas enovata pennis.*

Es finita longa sunt, ut Patres. ibid.

Ideò mirum est Ovidium corripere *Tigres* in Epist. Ariadnes.

Et pes, *unà tum compositis*, &c. ibid.

De *pes* & compositis contradicit Probus in catholicis. Sed non audiendus, cùm semper producant Poetæ.

Excipe obliquos plur. in is. [pag. 130.]

Producuntur etiam *foris*, & *gratis* adverbia.

Adde huc quæ in eis *diphthongum*, &c.
ut Simoeis, Pyroeis, *&c.* ibid.

Quæ interdùm per *I* simplex scribuntur, præsertim apud Vett, *Simois, Pyrois, partis, omnis*, & nihilominùs producuntur. Sic *tris* pro *treis* vel *tres*, &c.

Illis accedunt ædæ personæ, &c. ibid.

Ultimam tamen in *possis* legas correptam. Juven. Sat. 5. l. 10.

Tam jejuna fames? cùm possis honestius illic.

Et *vis* tam in futuris, quàm in præteritis, subjunctivis corripiunt sæpe Poetæ: at extra cæsuram nusquam producunt. De cæteris verò certa & rata est Regula Veterum suffragiis, neque imitandi sequioris ævi, qui interdum corripiunt.

Excipiuntur prod. penult. Gen. Cresc. ut salus, *&c.* ibid.

Palus autem corripit ultimam apud Hor. de arte Poet. v. 66.—*Sterilisque diu* palus *abdita remis*; fortasse elisa s. ut Farnabius vult.

Long-

Longæ omnes voces 4tæ. in us, *&c.* ibid.

Excipiunt hinc solummodo Nom. & Vocat. singul. sed Dat. & Abl. plur. etiam excipiendi; nam ultima in *manibus* eadem quantitatis, ac in *lapidibus*.

Et Græca item per us, &c. ——*ut* Melampus. ibid.

Verùm *Polypus* * corripit ultimam; fortasse quòd Dores dixerunt Πώλυπος & teste Athenæo in quo ubi hoc Simonidæ citat Πώλυπον δίζήμενος; Archestrati istud Πώλυπος ἔστι θάσῳ κρὶ Χαλκίδι ἐστὶν ἄριστος.

*Hor. li. Epod. Od. 12.

u finita producuntur omnia. ibid.

Excipias tantùm *indu* & *nenu*, prisca vocabula, pro *in* & *non*. Prius corripit Ennius Annal. lib. 17. Indu *mari magno fluctus extollere certant*. posterius Lucretius lib. 3. Nenu *potest*——&c.

Y finita corripiuntur, ut *Tiphy*, *Moly*. Excipe verò quæ Synæresin passa sunt, ut *Tethy* pro *Tethyi*.

FINIS.

Atq; *hic quidem* Finis *fuiſſet*, *niſi ſequens pagina nuda omni ſupellectili poſtulârat pauca ſupra*, *quæ à ſcopo noſtro aliena licet ſint*, *Pueris non omnino ingrata eſſe ſolent.*

On Finita.

On creſcens *Maſculum*; non creſcens dicito *Neutrum*.

E Finita.

E neutrum *Latiis*, *E Græcis* ſit muliebre.

Significationes *τῦ colo.*

Agros, *rus*, *formam*, *ſupellectilem* colit, *atq*; *parentes*, *Hos* arat, *hoc* habitat, ornat, honorat, amat.

Acies.

Eſt acies *belli*, cultelli, viſus ocelli.

Canis.

Latrat in *æde canis*, *natat* in æquore, *fulget* in aſtris.

Ceu & *ſeu.*

Ceu ſicut, vult *C*; *ſeu* vel vult *S.* retinere.

Gratiæ fuerunt tres; *Aglaia*, *Thalia*, *Euphroſyne*,
Et *Parcæ* totidem; *Clotho*, *Lacheſis*, *Atropos*.
Clotho colum geſtat, *Lacheſis* trahit, *Atropos* occat.

Planetæ ſunt ſeptem; *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Sol*, *Venus*, *Mercurius*.

Poſt *SIM SUM* ſequitur, ultima *Luna* ſubeſt.

If you would count the Planets soon,
Remember SIM, SUM and the Moon.

Septem Urbes certant de Stirpe inſignis *Homeri*, *Smyrna*, *Rhodos*, *Colophon*, *Salamis*, *Chius*, *Argos*, *Athenæ*.
Muſæ Jovis & Mnemoſynes filiæ novem fuere; *Calliope*, *Clio*, *Erato*, *Thalia*, *Melpomene*, *Terpſicore*, *Euterpe*, *Polyhymnia*, *Uranía*: quarum 1 *Literas*, 2 *Hiſtorias*, 3 *Geometriam*, 4 *Comœdias*, 5 *Tragœdias*, 6 *Pſalterium*, 7 *Tibias*, 8 *Rhetoricam*, 9 *Aſtrologiam* inveniſſe dicitur: omnibus autem una nutrix *Eupheme*.

Errata

Pag. 1. lin. 15. leg. *conveniant.* 3. 20 & 21. *Ecloga* & *Eclogæ*, Et ubi alibi occurrit Egl. ſcribe Ecl. 4. 17. *fiat.* 26. *Lunima.* 29. *inveniantur.* 33. *defendat.* 5. 28. *ignoreſcus.* 8. 9. del. *ſibi.* 11. 21. leg. *primo.* 10. 1. *Atqui.* del. *hæc quidem diphthongi.* 6. leg. *abibat hæc diphthongus.* 10. 9. *ſpro* & leg. *à.* 12. 4. ΑΤΤΙCΤΟC. 23. *producat.* 13. 23. *ſdecimus.* 14. 2. ↀ. 5. Ɔ. pro 500 ſcrib. 5000. lin. 6. poſt *centum* adde *millia*, pro 1000. ſcrib. 10000. 15. 17. *ſnuci.* 16. 14. poſt *undecim* adde *duodecim.* 17. 17. *ſeparatim.* 18. lin. 10. poſt *Æneid.* 9. adde *vel etiam in ius, ut videtur ius Menœtiades.* lin. 11. pro *vel ius* lege *vel o.* lin. 12. pro *Menœtius Menœtiades*, ſcribe *Amphitryo Amphitryoniades.* 17 *Philyrides.* 23. Ἱππίδης. 20. 10. *negemus.* 21. 18. *ſperantur.* in marg. 4. *ſit.* 22. 3. *Amathunta.* ὑπόνοιαν. 23. 3. *ſusupet.* 14. *contendant.* 25. 27. *ſemina.* 26. 24 *usurpetur.* 30. 19. poſt & ſcribe *nonnunquam.* 29. ἀλλ. 31. 11. *habeant.* 32. 10. *dixerit.* 33. 4. *ultrix.* 9. *tropæum* 16 *quia.* 36. 17. Οὐπ. 26. *e in.* 38. 4. *duelium.* 39. 30. *legatur.* 42. 10. *reperiantur.* 28. *ſoleant.* 43. 4. *Subſtant.* 45. 20. *conſtat.* 46. 20. *dixerit.* 31. *efferantur.* 48. 24. *dicatur.* 49. 27. Λαΐ; Λαΐδ & Λαΐδα. 32. *Calypſo.* 50. 21. *neget*, & *probet.* 53. 12. *ἀλαλόζως.* 54. 30. *Pangeus.* 56. 6. *vindicatur.* 60. 3. poſt ibid. adde *ſoltum.* 62. 6. leg. *domum.* 14. Ottav. 34. *dixerint.* 63. 18. (i. e.) 64. 16. *erant.* 65. 2. *cælus.* 67. 5. *pugillar.* 21 pro *cavo.* 70. 29. ἃ *polypus.* 72. 15. *milites quietes.* 16. *percitum & inquietum.* 73. 24. *ſfetis.* 74. 28. *negemus.* 75. 30. del. (i. e.) 76. 12. leg. *ſpatii.* 78 9. del. *Plautiniſſimus apud Gellium.* 80. 3 Capt. *act.* 4. 85. ult. leg. *calleant.* 92. 9. pro *pacto.* ſcrib. *modo.* 94. 12. poſt *vett.* tortum *agnoſcunt omnes.* 100. 16. *quidem.* 104. 23. poſt &c. adde. *Hîc tantùm libet monere locum infra citatum ex Terentio --- quæq; oportent, &c. dubiâ fide eſſe nam in aliis exemplaribus legas* quæq; oportet 115. 9. del. *ſtrius* & *uſq;* & poſt *tenus* ſcribe *&.* 123. 1. 2. *omni genere*

neve & numero. 19. leg. *Femina.* 124. 24. *solæcissimus* 125. 20. *eleganter.* 126. 7. del idem. &c. ad lineam 10. scribe *ut Ovid. Met. lib.* 3. *fab.* 8. *Falcata novissima cauda est.* Qualia *dimidiæ sinuantur* cornua *Lunæ.* 130. 9. p. *lib.* 13. adde *ut citat Farnabius.* 132. 3. *placidissimo.* 13. 20. leg. *studii.* 137. 5. post *Plaut.* adde *Mil. Glor.* 26. *videlicet meæ* de eâ qua *mihi* invidetur. 141. 13. post *qua* adde *utrimq;* 144. 22. scribe *miserescæ.* 146. 18 κακολογεῖ 147. 16. *Macrobium.* 148. 24. *nobis.* 151. 18. *subire feretro.* 162 22. *notio.* 164. 18. *interpretantur.* 175. *vide* 179 15 post *postulant* adde *At aliter Plautus Rud. Act.* 4. *Sc.* 3. *Vide num quisquam consequitur prope nos.*

Ut causalis, &c. nunc Potent. nunc Subjunct. 180. 13. 14 *em-tum* 196. 11 *concisio.* 198. 17. del. *quod ad rem poetica attinet nihil non ignorent;* & scribe *in variâ mensurandi arte pauló instructiores sint* 201. 10. *Synæresios.* 13. ὁμοιοτε λοιφῶν 202. 27 *suaviter.* 203. 3. *Elegeïa.* 204. 24. Ἀσκλη ἀδοντον. 206. 15. *Halæcius.* 210. 31. *diximus.* 211. 1. *dabi* 213. 1. post *autem* adde *in Eōus.* 9. post *vocalis* ad *nonnunquam.* 215. 30. leg. *ne furiis.* 216. l. penult. tran pone & post *ligurio.* 217. 7. leg. *affātim.* 219. 23. *secu dæ* 25. *vacesio.* 36. *breves.* 220. 16. *ubiq;* 221. 14. *e.* 19. *tertiæ.* 222. 22. & 25. *murinus.* 223. 5. 6. *Fabricius tribunīcius* &c. 224. 3. *porrigitur.*

Hæc, ut occurrebant, emendanda curavimus; neq adhuc fortasse caret omni vitio libellus; speramus tamen quæ Lectorem mediocriter cautum morari queant, super esse pauciſſima: minutiora quisque pro libito aut cond gat, aut negligat.